

De quaesitis per epistolas a claris viris responsa. Vol. 8, Fortunii Liceti de octavo-quaesitis: in aeterna processione verbi divini responsa priora / Fortunii Liceti.

Contributors

Liceti, Fortunio, 1577-1657.

Publication/Creation

Brixiae : Typis Antonii Rizzardi, 1655.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/q2tbvf9k>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



3792 / B

Ω. 8. 19.

Γ. 11.
Γ. 11.

LIBRARY
OF THE
MUSEUM OF
COMPARATIVE ZOOLOGY
AND ANATOMY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MASS.

G. I. 13.

L. I. 6.

FORTVNII LICETI

Genuensis ex L. Com.

IN PATAVINO LYCEO

Theorici supremæ Sedis,
DE OCTAVO-QVÆSITIS
*In aterna Processione Verbi Divini
Responsa Priora;*

Quibus afferuntur catholica dogmata S. S. Patrum
DE ORTV SAPIENTIÆ INCREATÆ
Contradictoria placitis Illyrici Theologi, Numerantis
Unigenitum Dei Filium in communi grege
rerum creatarum.

A D
ALEXANDRVM VII.
Diuina Prouidentia Papam.



Brixia, Typis Antonij Rizzardi. M. DC. L V.
Inuentibus Superioribus.

FOR TWINNILETTI

ALEXANDRO VII
IN PATAVINO LYCEO



Theorici supremas sedis

ab Ecclesia Catholica in omnibus articulis
 Aeterni Verbi processionis divina temerare
 propriis ALEXANDRO VII in Divinis
 sacris. Quia divinae Providentiae potestas
 potibus refulgentes, non ita praeferent
 Deo. Quia - Quia in hoc libro
 Defensionis, nuper in sancto Indulgentiarum
 ga periculo, quod in hoc libro
 video tuis Aeterni Verbi
 De Productione, et veris
 motis illis Observationibus appellatis, pro
 Defensori tunc superius omni conatu tunc
 te Proprietas tunc tunc tunc tunc tunc tunc

Brixia: Typis Antonii Riccardi.
 MDCCLV.

S. D. N.
ALEXANDRO VII.

Pontifici Maximo.



litantis Ecclesie Te, Beatissi-
me Pater, visibile Caput adora-
rurus, venerabundus acce-
do, post oscula vorius Sancti
Pedis, offerens adamantina te-
la, quibus olim Orthodoxi Pa-
tres, doctrina Sanctitateq; mire
pollentes, exterminare potuerunt
ab Ecclesia Catholica turmas hominum audentium
Aeterni Verbi processionem in diuinis temerare labe
proprie dicte Creationis, vilissimis etiam creaturis ap-
tata. Quum enim errores eiusmodi, postea nostris tem-
poribus repullulantes, non ita pridem opere meo
De Septimo - Quæstis impugnaverim, exaratos in libro
Defensionis, nuperrime Sanctæ Inquisitionis censoria vir-
ga percusso, quia Christi fideles erroribus inficere potest: dum
video rursus Auctorem duobus alijs editis operibus
De Productione Filij Dei ad Baldum, et verè fa-
mosis illis *Observationibus* appellatis, proscripte
Defensionis suæ suppetias omni conatu ferre uoluis-
se: Propterea nunc etiã euoluere studui pijs è Sanctorū

Formis Licet

Patrum voluminibus eadē arma firmissima, quasi Gladios
incomparabiles inuolutos pectore post Ephod: eaque re-
sumpta fortiter in Antagonistam contorquere, conati-
bus eius immanibus occurrens, Deoq; bene fauente,
ferocientis insultus omnes præsenti Velitatione compe-
scere. *Has autē meas De Octauio — Quæsitæ Responsiones*
Pontificis Sanctitatis Vestre Sereno vultu respicere non de-
dignabitur, ut spero. Nā etiam si nō amplitudine molis
Opus ingens, opusculum tamen argumenti diuini, Gene-
rationem Inenarrabilem Vnigeniti vindicans ab omni
labe Creationis, offero iubens. Sanctissimo doctissimoq;
totius; Republicæ Christianæ Spirituali Monarchæ:
non ambigens & oblatum munus diuini Mysterij, si-
mul & intentum offerentis affectum à pijsimo clemen-
mentissimoq; Principe Mundi Catholici benigna manu
susceptum iri.
Vale diū feliciter, Optime Pontifex; & ex ego pie-
tatem intaminatæ Religionis, Literariamq; Republi-
cæm tuæ, fouere, augereque ne cesses.
Dabam Patruj, è meo Scalunæ Musco, Anno Domini
M. D. C. LV. Septembri Mense, quinto ab exordijs tui
felicissimi Pontificatus.
Sanctitatis Vestre

Seruus humillimus

Fortunius Licetus.

EX Commissione Reverendissimi Patris Mag. Fr. Vincentii Mariae Ci-
marelli Brixiae Inquisitoris Generalis nos infrascripti Patres non
sine magna animi voluptate perlegimus opusculum, cui titulus: For-
tunij Liceti &c. de Octavo. — Quæsitis in ortu Sapientiae Increatae rel-
pona priora &c. in quo Auctor dum ex Sanctorum Patrum doctrina
ortum Sapientiae Increatae contra impugnantes, tuetur se ipsum ter-
maximum Sapientibus ostendit: Prodeat igitur opusculum, in quo
nil orthodoxæ Fidei, bonis moribus, aut Principum decretis dis-
sonum inuenitur, sed omnia mirifice consonant, ideoque veritatis
cultoribus non parum profutura. Dat. Brixia in Conventu S. Do-
minici die 2. Iunij 1655.

**Ego Fr. Archangelus à Reggiato Sacræ Theolo-
giæ Magister.**

**Ego Fr. Andreas Rouetta à Brixia Sacræ Theolo-
giæ Lector.**

Piero Moregni Podestà


**Imprimatur Fr. Vincentius Maria Cimarellus Ma-
gister, & Inquisitor Generalis Brixie, ac eius Di-
ocesis.**

Index capitum totius operis.

- P**refatio, scribendi occasionem, & operis intentionem aperiens pag. 1.
Questum de Ortu Filii Dei. Cap. I. pag. 3.
Responso prior ad Quæstum. Cap. II. pag. 5.
Deī Filium esse proprie creatum ad intra, Ferchius, & Arius cum omnibus Arianis affirmant: & contra negat S. Athanasius cum omnibus Orthodoxis. Cap. III. pag. 6.
Filium in diuinis esse primam creaturam, affirmant Ferchius, & Arius: negant e contra Sancti Patres. Cap. IV. pag. 32.
Oraculum D. Pauli, De Filio Primogenito omnis creatura, mutilatur ab Ario, & à Ferchio, atq; detorquetur à vero sensu Apostoli, ad impietatem primæ creaturæ, Verbo Dei appiſte. Cap. V. pag. 35.
Sapientia Primogenita ante omnem creaturam, ab Ecclesiastico dicta, notat Ario, & Ferchio Filium esse primam creaturam: quod ratio conuellit, & Orthodoxi Patres. Cap. VI. pag. 40.
De Oraculo, Ab initio, & ante secula creata sum per Ferchium, & Arianos mutilato: & ad contrarium Scripture sensum detorto, ad probandum Filium esse creaturam, reclamantibus Sanctis Patribus. Cap. VII. pag. 42.
Oraculum, Dominus creauit me principium viarum suarum, interpretantur Ariani, & Ferchius de Diuinitate Verbi: contra Sancti Patres de Incarnatione Christi. Cap. VIII. pag. 45.
Conciliū Niceni, & Athanasij doctrina, & auctoritas defenditur à calumnia per hereticum Langum, à Ferchio laudatum, de mendacio interpretationis Oraculi, Dominus creauit me. Cap. IX. pag. 50.
Explicatur idem Oraculum, Dominus creauit me, à Patribus Orthodoxis contra sensum Arianorum, & Ferchij, de humanitate Christi. Cap. X. pag. 61.
Aliud Ferchij dogma, quo ponit in Deo creationem Filij, ab Ario desumptum, proscindit S. Athanasius, & D. Augustinus. Cap. XI. pag. 64.
Generationem Filij Dei ad intra, prorsus idem esse cum creatione proprie dicta, ponunt Arius, ac Ferchius alio suo dogmate: negant Athana

Athanasius, & alij Sancti Patres. Cap. XII. pag. 67.
Idem dogma Ferchij, & Arianorum, non contradistinguitur Genera-
tionem Filij à Creatione, proscinditur à S. Epiphano. Cap. XIII.
pag. 76.
Eadem distinctio Generationis Filij à Creatione, per Arianos, & Fer-
chium negata, colligitur ex Hilario, & Orientali Concilio Catho-
lico. Cap. XIV. pag. 80.
S. Ambrosium quoque demoliri Ferchianismum in Arianismo, non
distinguentem Generationem aeternam Filij à Creatione. Cap. XV.
pag. 82.
D. Augustinum contradicere pariter Ario, Ferchioque dicentibus,
Filij Generationem in Divinis esse creationem. Cap. XVI. pag. 86.
D. Thomam non adstipulari Ferchio, dicenti Filij Generationem in Di-
vinis esse creationem. Cap. XVII. pag. 88.
Aliud Ferchij, Arianique Macedonij dogma, distinguendum Factur-
am & Opus à creatura, conuellit à S. S. Patribus, Athanasio,
& alijs. Cap. XVIII. pag. 96.
D. Augustini sententia, pro eodem sumeris facere, & creare, con-
tra Ferchium affertur. Cap. XIX. pag. 103.
Sancti Patres Concilii Nicensis pro eodem sumere factum, & crea-
tum, contra Ferchii dogma. Cap. XX. pag. 105.
Sanctus Cyrillus etiam, contra Ferchii sensum, non distinguit factum
à creato. Cap. XXI. pag. 111.
Creatum à facto minimè distingui, contra Ferchium demonstratur ex
Divina pagina. Cap. XXII. pag. 113.
Ferchium sibi met ipsi contradicere; dum contradistinguit à creatis
facta. Cap. XXIII. pag. 116.
Filium Dei ad intra esse proprie creatum, affirmat cum Arianis Fer-
chius; negant omnino Sancti Patres Concilii Nicensis. Cap. XXIV.
pag. 118.
D. Athanasium etiam ex propria sententia negare Ferchio Filium
aeternum esse proprie creatum, esseque creaturum ostenditur.
Cap. XXV. pag. 129.
Filium non esse proprie creatum, neque creaturam, demonstrat con-
tra Ferchium, & Arianos S. Hilarius. Cap. XXVI. pag. 177.
Ex Ambrosio contra Ferchium, & Arium ostenditur Filium Dei non
esse

esse creatum, Cap. XXVII. pag. 191.
 Ex ipsomet Ferchio, sibi contradicente, deducitur, Filium non esse
 creatum ad intra. Cap. XXVIII. pag. 207.
 Filium non esse creatorem omnium absolute Ferchius decernit contra
 doctrinam S. Ambrosii, & veram Theologiam. Cap. XXIX.
 pag. 211.
 Filium Dei esse creatum à præexistente Patre, ac ex præexistente sub-
 stantia Dei Patris, affirmat Ferchius cum Arianis negant omnino
 Sancti Patres. Cap. XXX. pag. 215.
 Definitionem Creationis à Ferchio positam, uniuocè communem Filio
 Dei ad intra, & creaturis ad extra, pernegant Sancti Patres, Ab-
 thanasius, & Augustinus. Cap. XXXI. pag. 226.
 Catholici sensus insigniorum Sacrae Theologiae Vniuersitatum de ortu
 increati Verbi contra Ferchii dogmata, Romæ denique Generalis
 Inquisitionis grauiore decreto, damnata. Cap. XXXII. Cap. 246.
 Peroratio totius operis. Cap. XXXIII. & vltimum. pag. 246.
 D. Augustini sententia, pro eodem iudicium ferre, & create, con-
 tra Ferchium affertur. Cap. XIX. pag. 103.
 Sancti Patres Concilii Nicaeni pro eodem iudice factum, & crea-
 tum, contra Ferchii dogma. Cap. XX. pag. 107.
 Sanctus Cyrillus etiam, contra Ferchii sententiam, non distinguit factum
 à create. Cap. XXI. pag. 111.
 Creatum à factio minime distinguit, contra Ferchium demonstratur ex
 Divina pagina. Cap. XXII. pag. 113.
 Ferchium sibi ipse contradicere; dum contradistinguit à create
 facta. Cap. XXIII. pag. 116.
 Filium Dei ad intra esse proprie creatum, affirmat cum Arianis Fer-
 chius; negant omnino Sancti Patres Concilii Nicaeni. Cap. XXIV.
 pag. 118.
 D. Niphanis etiam ex propria sententia negare Ferchio Filium
 creatum esse proprie creatum, effudit creatum ostenditur.
 Cap. XXV. pag. 120.
 Filium non esse proprie creatum, neque creaturam, demonstrat con-
 tra Ferchium, & Arianos. 2. Hilarium. Cap. XXVI. pag. 127.
 Ex Ambrosio sentit Ferchium, & Arianum ostenditur Filium Dei non
 esse



PRÆFATIO.



Unum inenarrabilem æterni Filij generationem in Splendoribus Sanctorum meditor, & patrisimi luminis maiestate circumfusum Originis Divinæ mysterium attentè mente considero: veritatem Orthodoxæ Fidei retentimis Arianismi repullulantis ævo nostro tenebris, Fidelium cæcui sese opponentibus, atque simpliciorum animas offuscare conantibus, oblitam intueor. Discussurus igitur eiusmodi nebulas, quæ serpèdo grassantur in Ferchianis Vestigationibus, earumq; Defensione, ac Epistola Baldina, & famosis Observationibus Antagonistæ: operæ pretium me facturum arbitror, si maiori volumini meo, quod adorno, *De Octavo—Quæsitis in Ortu Sapientie Increatae*, prodromam præmiserò hanc Historico—Theologicam Epitomen; in qua Catholicæ Sanctorum Patrum sententiæ, quasi splendidissimæ faces opponuntur tortuosis Arianismi fumis omnino pridem in tartara deiectis, sed nunc iterum

A halan-

halantibus inde, reprimendis : Ne denuo turbent
 Ecclesiam Dei placita constituentia Filium æter-
 num esse primam Dei creaturam: genitū, proprièq;
 creatum in Trinitate de præexistente substantia
 Dei Patris, vt ad extra creatus est Adam ex præ-
 existente luto, Eua de costa viri præexistentis: eru-
 ca, locusta, bruchus, & alia quælibet etiam vilissi-
 ma creatura de suo principio materiali præexisten-
 te; Filiumq; Deum enumerãtia, collocantiaq; ne-
 farie in grege cõmuni rerum omnium creatarum.
 Zelus Catholicæ veritatis, salutisq; proximi, quo
 motus hanc Spartam ornare satago, moueat Anta-
 gonistam ad meos istiusmodi sensus æqui bonique
 consulendum.

**Spiritus Sancti gratia illuminet sensus, & corda
 nostra.**



De Ortu Sapientie Inscrivens

Quæsitum de Ortu Filij Dei

Cap. I.

Doctissimo Viro D. D. Fortunio Liceto.

Patavium.

Qum hic in celebri confesso legeretur responsio eua ad qua si u Excellentissimi Patini de cicuta, & alijs venenis: atque omnium applausu exciperetur, subiunxi ad illud, quod ais de laudibus Italie cum Virgilio

— nec miseros fallunt aconita legentes:

Opeandum esse, vt quemadmodum herbis venenatis, ita verbis, & pravis opinionibus careret ea pars Orbis, vnde salutarem doctrinam expectamus. Verum ab extremo eius recessu, hoc est Absyrtidibus, iam non Medex suæ Colchica, neque alias corporis peltes, sed animi toxica circumferri videmus; & ad te spectare non minus de hoc, quam de illo veneno doctè scribendo, Fideles Christianos, qui legent hanc doctrinam virulentam, cauciores reddere:

— ne miseros fallant aconita legentes.

Assensere omnes: & qui ad hunc gloriosum laborem te invitarem, me elegerunt. Quare dum ad illum ex animo te hortor, non alijs encomijs, quam viri doctissimi, te compellabo; ne, si ijs vtar, que tibi merito à viris clarissimis per epistolas deferuntur, ijs abutatur iniuriosè, qui Termaximi nomen toties ingerit, atque alias nugas importunas, Arii genium & ingenium redolentes, vt d ci possit ad nauseam Crambe recocta, vel vt ipse loquitur, Crambe recoctum. Nam quum olim docuisset, non esse communicandum Ario, nec in sermone, nec in sensu; nunc autem asserat Filium Dei esse creatum; si ab eo quærat, quare id fecerit, nisi fateatur ingenuè se id præ-

stitisse ad viam sternendam Arianismo, ut iterum miretur Orbis se Arianum: dixerit opinor cum Persio, id feci

— Bullatis ut mihi nugis

Pagina turgesceret.

Vel cum Martiale,

Edita ne breuibus pereat mihi charta libellis

Dicatur potius Tòn d'apamoi hò menos.

Sed si iocari vulgè in re tam graui, eodem momento perfacilis est emendatio:

— Emendare iocos una litura potest,

qua totum opus inducatur. Si serio loquitur cum Ario, videat ne ignis sit necessarius; quoniam ex eo quod in Sacris paginis Filius dicitur creatus principium viarum Dei, absolute docet Filium esse creatum. Sed quæ tandem mens illi fuit hunc loquendi modum renouando? An ut Verbum Diuinum maiori laude afficeret? An ut confutaret prauam aliquam opinionem? an ut multos à præcipiti lapsa ad Arianam hæresim reuocaret? nihil minus; omnes enim potius ad eam impellit. Nam dum asserit Filium Dei esse productum de Substantia Patris præexistente in Patre, & incerna Filio creato, creatione, quæ est productio ex aliquo? Quum, ut ait, Substantia Patris præextiterit, sequi videtur Dei Filium non esse æternum, sed creatum, & factum; ut docet Arianus; neque modo Filium ex ea substantia præexistente creati, sed etiam,

— Quemque sibi tenues nascentum arcessere vitas,

ut canit Virgilius; proinde Dei Filium inter creaturas esse ponendum. Et iam cum horrore multos audui, qui ex his Absyrtidibus tam pestiferum toxicum decerpserunt, asserentes sic in Italia licere loqui. Id verè horrendum, & in hoc seculo à veritate ad errores deuexo, præcipue cauendum. Quare cum audiverim, te aduersus hunc hominem, opera longiore indignum, defungi velle breui propemptico; enixè rogo, ut non tam dignitatis tuæ partes, quam Veritatis Catholicæ, ea qua soles doctrinæ copia, tueri velis. Hæc non ego solus, sed complures huius Academiæ viri grauissimi à te efflagitant: ut qui de venenis corpori infensis ad Excellentissimum Patinum copio-

se, & doctè scripsisti, sic de veneno animæ infenso, hoc ipsum præstes, dum in alijs tuis operibus perlegendis noctes atque dies occupamur.

Vale Vir doctissime. Lutetia Paris. Cal. Aug. CIOCCII.

Antonius Tauellus Prior Sanctæ Crucis.

Responsio prior ad Quæsitum.

Cap. II.

Clarissimo doctrina, & pietate Viro D.D.

Antonio Tauello Fortunius Licetus.

B. A.

Horratu tuo, Cl. Tauelle, iam adrior in literario campo Catholicæ veritatis Antagonistâ intrepidum, audacem, festocissimum, vno verbo Illyricum, Fr: Matthæum Ferchium & Veglia. M. C. Sed ante pugnam statariam, quam tibi luculentior scripturio, velitationem habere decreui, productis in aciem S. S. Patribus; qui missilibus, quæ pridem in Arianos Antagonistæ confortes, felici successu contorquere visi sunt, etiam pari felicitate renascentem Arianismum exterminabunt. Neque vero putes licere loqui apud Italos, vt Antagonista loquitur; sed pro certo habeas, re maturius considerata, solenniter à Sancta Romana Sede tanto negotio prospiciendum fore ad animarum salutem, & gloriâ Increati Dei creatoris omnium: Vale, & expecta meâ maiora responsa de proposito Fidei mysterio.

Dabam Patavij Calend. Octobris. M. DC. LIII.

Dei Filium esse propriè creatum ad intra Ferchius, & Arius cum omnibus Arianis affirmant: è contra negat S. Athanasius cum omnibus Orthodoxis.

CAP.

Cap. III.

Porro Ferchius, ut euitaret argumenta S. S. Patrum, quibus conuictus est Arius cum aſſectis, & damnatus est de blaſphemia, qua dicebat Filium eſſe creatum proprie, Dei-que Patris creaturam; callidè ſibi commentus eſt aſylum, quò ſe reciperet, atque perſuaderet incauris, ingenijque ſimplicioris, ab Arianorum hæreſi ſe valde differre; quod illi ponerent Filium eſſe creatum ad extra; contra quam poſitionem militant argumenta Patrum: ſe verò dicere Filium eſſe creatum ad intra, quod non improbant orthodoxi Patres. Nam in epiſtola ſua de productione Filij Dei ad Baldum ſic ait pag. 38. 39.

Ferchius:

„ Arius, qui volebat Filium eſſe productum; eſſe factum;
 „ eſſe genitum, eſſe creatum de nihilo: volebat Filium eſſe
 „ productum ad extra. Nam ponit vnã ſubſtantiam in Pa-
 „ tre, aliam in Filio; ſicut patet ex anathematismo in Con-
 „ cilio Nicæno. Qui ergo negat Filium eſſe creatum ad in-
 „ tra in ſenſu dato, tenet cum Sabellio; Qui affirmat eſſe
 „ creatum ad extra, tenet cum Ario. Qui autem negat eſſe
 „ productum ad extra, & affirmat eſſe productum ad intra,
 „ tenet cum Catholica, & Apoſtolica Eccleſia. Falluntur
 „ ergo qui putant Arium poſuiſſe, quòd Filius ſit creatus ad
 „ intra. Immo ad ponendam diuifionem in eſſentia Dei, vt
 „ alia ſit in Patre, alia ſit in Filio, dixit Filium eſſe factum
 „ ex nihilo: & nomen creationis definiuit eſſe factionem ex
 „ nihilo. (& adhuc infra pag. 42.) Tractò de Filio, qui non
 „ eſt productus ad extra, ſiue creatus ad extra, vt Arius pra-
 „ uè contendebat; ſed eſt productus, ſiue creatus creatione
 „ deſcripta, ad intra (& adhuc infra pag. 45.) Quare non
 „ pono Filium eſſe creatum ad extra, quaſi eſſet res diſtincta
 „ eſſentialiter à Patre; ſed contra Arium ſtatuo Filium eſſe
 „ productum ex ſubſtantia Patris, que interna eſt vna eadem
 „ numero in Patre, & in Filio. (& denique pag. 121.) ſi eſt
 „ productus Filius, quæro an ſit productus ad extra, an ad
 „ intra

intra ? si affirmes productum ad extra ; cum Ario stare
degeris . Si autem affirmas Filium esse productum ad in-
tra , iam cum Catholica Ecclesia loqueris .

Licetus:

Ita Ferchius conatur, sed irrito conatu, probare se cum Ari-
anis non communicare de creatione Filij ; quasi Filium Ariani
dicant esse creatum ad extra : ipse, contra eos, ad intra . Qua
in re valde discedit à veritate . Nam ex æquo Ferchius , &
Arius damnatur à Patribus , quod vterque ponit Filium esse
creatum ad intra . Quod vt appareat eidentissimè , necesse est
ante omnia tollere cunctas æquiuationes , & explicare pro-
prias rationes formales harum duum differentiarum, *Ad intra,*
& *Ad extra* . Sanè quum in generibus æquiuationes latere
doceat 2. post. c. 22. dicens

Aristoteles:

[Facilius est definire singulare, quam vniuersale ; quapro-
pter oportet à singularibus ad vniuersalia transire ; æquiua-
tiones etenim magis latent in vniuersalibus, quam in differen-
tibus.]

Licetus:

Quum ergo productio sit genus , vel ipsi Ferchio t. def. u.
28. continens in se creationem, veluti speciem : controuersia
nostra non est , An Filius ad intra productus sit ; sed an sit
ad intra creatus : Vtrum scilicet illa productio Filij ad intra,
sit creatio propriè , nec ne . Ferchius quidem , & Arius, Aria-
norumque grex affirmat : Ego verò cum Athanasio , & Eccle-
sia Catholica negamus . Porrò dum comparat Ferchius Arii
creationem de Filio affirmatam cum dogmate uero Ecclesie
Catholicæ , cur mutat vocabulum creationis in vocem produ-
ctionis ? An ignorat , quæ generi conueniunt, non omnia con-
uenire speciei ? Verè, qui negat Verbum esse creatum ad in-
tra , vt sentit cum Catholica Ecclesia ; ita qui vicissim affir-
mat

mat, Verbum esse creatum ad intra, communicat cum Ario ; & Arianis, atque Ferchio . Nam creati ad intra, nihil aliud est, quam creati in Deo, & creati in Trinitate ; Creati vero ad extra, est terminari creationis actum extra Deum, & (quod idem est) extra Trinitatem . Profecto sicuti Ferchius, ita pariter Arius asserit Filij creationem in Deo esse, terminarique intra Trinitatem; quare ponit uterque Filium esse creatum ad intra, non autem ad extra. Sed audiamus ipsummet Arium de proposito disputantem in Concilio Nicæno cum S. Athanasio to. 1. pag. 120. D. ubi ait

Arius:

1. [Ne passio aliqua pariendi intelligeretur, dictum est Prou. 8. Dominus creavit me . In Deo enim creare idem est, quod gignere.]

Licetus:

Evidenter itaque ponit Arius creatum esse Filium in Deo ; & proinde ad intra, non ad extra, cui plane consentit iisdem omnino verbis utens in sua def. l. 1. n. 28. dum ait

Ferchius:

6. Extenditurque creatio & ad intra in Deo, & ad extra in
7. creaturis . Ad intra Sapientia primogenita ante omnem
8. creaturam Eccl. 24. de te loquitur : *Ab initio, & ante Se-*
9. *cula creata sum.* & cum 70. Interpret. Prou. 8. Dominus
10. creavit me principium viarum suarum.

Licetus:

Quis non videt hic, Arium, & Ferchium communicare in
10. quod uterque ponit Filium esse creatum in Deo ; adeo-

que esse creatum ad intra ? nec Ario esse creatum ad extra ? Sed argumenta Ferchij necessitatem non habent colligendi propositum . Ad primum enim concedentes, Arium existimasse, Filium esse creatum ex nihilo; negamus ideo Arium credidisse Filium esse creatum ad extra, non ad intra : quia istæ duæ differentię, ad extra, & ad intra, non habent necessariam habitudinem, & essentialem connexionem cum termino, ex quo creatura creatur. Hominis enim primum corpus creatum est ad extra de luto in Campo Damasceno, & hominis eiusdem anima creata fuit ibidem ad extra de nihilo . Quia hæresis Arii, & impietas eius consistebat in hoc, dum putabat in Deo Filium creari ad intra ex nihilo; quod fieri non potest, nec esse. Paniter ad Secundum concedentes Ferchio, putasse Arium unam esse Substantiam in Patre, aliam in Filio; proindeque Filium non esse consubstantialem Patri : Negamus Arium proinde statuisse, Filium esse creatum ad extra, non autem ad intra; quoniam impietas Arii fuit, à Deo tollere unitatem substantiæ, sed in Deo ad intra ponere diuersitatem essentię, in diuinitate constituere varietatem naturæ: sicuti late patet ex Athanasio in disputatione habita cum Ario, & in eius orationibus contra Arianos . Præterea vero S. Athanasius in eadem disputatione compellens Arium, ab ipso audit Filium esse Deum à Deo creatum; adeoque creatum ad intra; Nam Deus à Deo non produciatur ad extra, sed ad intra tantum . Sic enim legimus apud Athanas. to. 1. pag. 112. B. C.

S. Athanasius:

Quid Filius Dei, Deus ne est, an non ?

Arius:

Deus creatus à Deo.

Licetus:

Quum igitur Deus à Deo creari non possit, extra Deum, dum Arius fatetur Filium esse Deum creatum à Deo, clarè

ponit Filium antè Incarnationem esse creatum, non ad extrà , sed ad intrà . Nam quum terminus illius Arianae creationis ipse Deus sit , Ario creatus ; non quòd extra Deum illam creationem terminet ; iam Ario Filius est creatus ad intrà , non autem ad extrà . Sed illico subiungit.

S. Athanasius:

[Si vis, responde mihi , quod rogo : Dei Filius creauit ne omnia, an non ? *Arius* : Concessum est prius eam omnia fecisse : vt qui sic potentia, & Sapientia Dei.]

Licetus:

Paulo prius autem to. 1. pag. 115. B. C. sic interrogauerat *Arium*

S. Athanasius:

[Sapiens consilium isuum , quod secum init, vbi nam comperit ? *Arius* : In sua sapientia . *Athanasius* : Christus ne Dei potentia est , secundum Beatum Paulum , ais ne , an negas ? *Arius* : Extra controuersiam est , Christum esse Dei potentiam , et sapientiam. *Athanasius* : Sapiens sapientia sua , an aliunde sapiens redditur ? *Arius* : Absit vt aliunde . *Athanasius* : Igitur ex se omnia , vt qui sapientia sit , efficit . *Arius* : Ita se habet . Ergo Pater creauit . *Athanasius* : Audi igitur , & ne temere loquere , quae dictu audituque nefariae sunt , quasi ista tua à nemine subuerti queant . Sed tamen iam responde mihi in praesentia de eo , quod percunctaturus sum . Is qui potens est , vnde Creator rerum efficitur ? *Arius* : Sua potentia omnia facit . *Athanasius* : Christus ne potentia Dei est ? *Arius* : In confesso est . *Athanasius* : Igitur quum Christus sit potentia Dei , quaecunque facit hac potentia , hoc est Christus, eadem et facit Pater . *Arius* : Quomodo si facit Christus, hac Deus fecerit ? *Athanasius* : Potentia ne à potente diuisa est ? *Arius* : Minime : quis enim vnquam vidit luctatorem in Palestra seorsum ipsum fortiter agere , & seorsum

ab

ab illo eius fortitudinem; Nam si id esset, præmia & coronas ad utrumquè deferri oporteret. *Athanasius*. Rectè dicis, si igitur in homine id ita se habere videtur, & neque vis corporis per se, neque corpus sine hac vi separatim quid agat. Ergo Christus, qui est potentia Patris omnia indiscretè, quæ operatur Pater, & ipse quoque operatur.

Licetus:

Ex his apertissimè constat, Arium sepe profiteri Filium esse Potentiam, & sapientiam Dei; & à Deo Patre, cuius est potentia, & sapientia, separatam atque diuisam non esse. Quum igitur Arii confessione sapientia non producat extra sapientem, neque potentia creetur extra potentem, illi creata forinsecus adueniens, sed intra ipsum exoriat; iam Arius qui productionem Filij vult esse creationem, Filium apertissimè necessarioque ponit creari, non extra Deum, sed in Deo, ut ipse dicebat, atque ad intra, ut opinatur cum eo communicans apertè Ferchius. Præterea quum Arius hic ponat sapientiam, & potentiã nunquam esse aut agere seorsum separatam à sapientie, atque potente; quumquè ipsum esse rei creatæ sit terminus creationis illius; iam Arius ponit Filium ad intra creatum in Deo, non autem productum extra Deum. Amplius quæ creata sunt ad extra, sunt producta, non in Trinitate; sed quæ propriè dicuntur ad intra producta, in Trinitate producta sunt; & vicissim, quæ in Trinitate producta sunt, ad intra producta sunt. Sed Arius cum affectis suis omnibus, non excludit Dei Filium à Trinitate, sed eum vnã è tribus diuinis personis fateatur et si minoris dignitatis, diuersæque naturæ, atque substantiæ dixerit ipsum à persona Patris. Igitur Arius posuit Filium Dei esse creatum ad intra, non ad extra. Ceterum Arianos cum suo magistro, posuisse Filium in Trinitate, declarat euidenter ad Epictetum scribens, to. 1. pag. 588. & 589. ita contra Arianos

S. Athanasius:

[Ut enim Filius, secundum Patres, consubstantialis Patri, non est idem qui Pater, sed Filius consubstantialis, respectu Patris; ita quoque corpus consubstantiale Verbo, non est idem quod Verbum, sed aliud respectu Verbi; atque ideo, quum aliud sit, & quartum in ordine, Summam quatuor personarum pro tribus constituit, pro ipsorum opinione. Sed enim vero & perfecta & individua Trinitas additamentum recipere non potest; sed ista duntaxat, quam isti comminiscuntur. Et qui, quæso, Christiani, qui alium Deum præter eum qui est, effingunt? Est adhuc vnde magis illorum stultitiam ex altera cavillatione deprehendas. Si præter id, quod est, & dicitur in scripturis, ex Maria genitum esse humanum corpus Salvatoris, hariolentur, & somnient Trinitatis loco quaternitatem fieri, & quasi additamentum aliquod, & appendicem Trinitati accedere; multum hallucinantur, qui creaturam Creatori exæquant, arbitranturque Deitatem auctarium aliquod accipere posse: & ignorant, non propter auctarium Deitatis, Verbum esse carnem factum; sed ut caro resurgeret; neque ut melius redderetur Verbum, ex Maria prodijisse, sed ut genus humanum liberaretur.]

Licetus:

Qui ergo Trinitati corpus Christi adiungebant pro Quaternitate Ariani, certè Verbum in Trinitate locantes, ipsum in Trinitate productum, & creatum esse asseriebant, adeoque non ad extra, sed ad intra genitum, suoque modo creatum. Deinde in orat. 2. contra Arianos Athanasius execratur Arij blasphemias in Sanctam Trinitatem, in qua ponit quidem Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, & nihil aliud; sed impiè

pie sic de personis diuinis in sua Thaleia ex testimonio S. Athanasij orat. 2. to. i. pag. 312. scribit

Arius:

[Rursum diuisas, & abiunctas, diuisasque alienas item vicissim incommunicabiles substantias Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & prorsum (vt ipse ait) omnibus modis inter se dissimiles ratione substantiæ, & gloriæ, vsque ad infinitum. Certè Verbum dicit quantum attinet ad similitudinem gloriæ, & substantiæ, aliud diuersumque esse omnino ab utroque, & Patre, & Spiritu Sancto. S. Athanasius. Has voces impius ille emittit, Filiumque ex sua natura diuisum esse, & minime participem in omnibus Patris asseuerat.]

Licetus:

Itaque Arius Filium in Trinitate ponens, nec vnquam extra Trinitatem, dum eum creatum asserit, ad intra in Trinitate creatum ponit, sicuti Ferchius; non autem ad extra, quod illi Ferchius imponere satagit, vt se ab eius consortio dinelleret apud Imperitos. Verum, & hanc Arii positionem de Filio creato in Trinitate, prorsumque ad intra, non autem ad extra, nobis etiam aperte refert, agens to. i. pag. 883. & seq. epist. de synodis Seleuciæ, & Arimini S. Athanasius: vbi commemorat Arii blasphemias, ex eius libro, Thaleia inscripto, in quo dicit

Arius:

[Filiumque initium creaturarum fecit Pater. (& mox) Igitur Trinitas est, sed maiestate non pari, impermutabilesque

que sibi inuicem eorum substantiæ; altera enim altera gloriosior gloria; idque in immensum &c.

Licetus:

Ponit igitur Arius Filium esse creatum in Trinitate; adeoque ad intra, non ad extra. Similiter apud Athanas. to. 2. lib. 7. ad Theophilum pag. 574. Col. 2. A. B. ita loquitur cum Athanasio

Arianus Hæreticus:

[Itaque quemadmodum multifariè vnicum nomen Trinitatis mihi palam fecisti; si ergo & omnia vniter sic hi fecerunt, hæc dicta de auctoritate iure confirmes postulo. Athan. Audi nunc vnum de multis pertinens exemplum. Memento post hanc tantam satisfactionem, hucusque erit finis sermo dicentis. Si tamen adhuc nihil te commouet de his, quæ superius secundum scripturæ rectissimæ lineam ad ordinem tibi diligenter exposui, optime Theophile, vt cognoscas verborum, de quibus iam superius eruditus es, veritatem. Ait Psalmographus, imò prælagus spiritus per psalmographum psal. 32. Verbo Domini cæli firmati sunt: & spiritu oris eius, omnis virtus eorum. Vtiq; Verbum Filiū declarauit: Dominū autē Patrem eius indicauit: & Spiritū oris eius Spiritum principalem esse demonstrauit. Vides quā breuiter per singulas significationes in personis in esse distinxit, id est Verbum, & Dominum, & Spiritum: & vnitam in his operationem esse ostendit. Nam si te adhuc ambiguitas tenet, eadem ipsa repeto: Vbi ait Verbum Domini, non sonum vocis insubstantiuum esse accipias, quem si validus quis emiseric, solet resonare Echo, cuius tantum in Phantasia auditus est resonantis, sed factum nullius. Sanè de hoc Verbo Domini nostri Patris, qui est salus nostra, sicut vbique diuinæ scripturæ testantur, Ioan. 1. per quem omnia facta sunt. Ergo quum dixit psalter, Verbo Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris

oris eius omnis virtus eorum : cognosces hoc Verbum substan-
tium non aliunde , quam de Patre propriè natum fuisse .
Sed , & Spiritu oris eius : eum spiritum dixit , qui de se ipsa
vnita substantia processit , sicut cautum inuenimus . Non ex
alia natura , quam de ipsa ; ac per hoc vnita est Patris , Filij,
ac Spiritus substantia , quam Græci dicunt *homouision* . Sed , &
vnita est eiusdem Trinitatis operatio , in factura .]

Licetus:

Hęc ille . Si ergo S. Athanasius Ariano Hæretico postulanti,
demonstrari sibi per aliquem scripturæ locum , tres personas
Trinitatis vnitas esse , habereque communem , & vnitam opera-
tionem , qua omnia vniter fecerint , atque creauerint ; iam
certò constat , hæreticum Arianum existimasse Filium ad intra
creatum , & Spiritum Sanctum idem in Trinitate creatum :
quos vnita Trinitas creare non potuerit ; alioqui semetipsum
Filius , & Spiritus Sanctus creare potuissent ; quod nefas est
dictu , & absurdum . Sicque respondet Athanasius hæretico per
auctoritatem Psalmi , tres personas vniter operari in omnium
creaturarum productione , quas omnes creaturas David com-
plexus est nomine cœlorum , & cœlestium virtutum ; per cœlos
quidem omnes creaturas corporeas , atque sensibiles intelligens
(quam cœli significationem vel Aristoteles ipse nouit 1. cœl.
t. 96.) per cœlorum verò virtutes omnes , indicans vniuersas
creaturas inuisibiles , atque spirituales Angelorum substantias .
Quod vtrumque creaturarum genus asserens Athanasius effe-
ctum fuisse à Trinitatis personis vniter operantibus in omnium
creaturarum factura ; quæ cunctæ per Filium à Patre condite
dicuntur in Spiritu Sancto ; iam id apertè demonstrat , hæreti-
cum Arianum existimasse Filium , & Spiritum Sanctum in Tri-
nitate creatos , vt aiunt scholæ , ad intra ; quod est ipsissimum
dogma Ferchij . Secus enim iuxta Ferchianum placitum , re-
spondere debuisset hæretico S. Athanasius , non esse vnitam
trium personarum operationem in omnium creaturarum pro-
ductio-

ductione, sed solum in creatione rerum productarum, ad extra, non autem in creatione ad intra: proindeque non in omni creatione simpliciter, & absolute. Sed ita non apte respondisset Athanasius hæretico sciscitanti de creatione creaturarum omnium absolute. Quum autem opinionem Ferchij non audiens Athanasius, qua sentit Ferchius cum Filium, et Spiritum Sanctum esse creatos ad intra: tum Arianos opinari Filium, & Spiritum Sanctum esse creatos ad extra, non autem ad intra in Deo, & in Trinitate, statuat inquam S. Athanasius omnium creaturarum absolute creationem esse unitam operationem totius Trinitatis, omniumque trium personarum indiuiduam actionem, nobis ostendit evidentissime falsum esse Ferchij utrumque dogma quo dicit Filium esse proprie creatum ad intra: & Arium posuisse Filium esse creatum ad extra, non ad intra in Deo, & in Trinitate. Licet hæretici multi cum Ario sentiant Filium esse creatum, non de substantia Patris, sed extra illam, in Deo tamen, & in Trinitate. Quinimmo plerique voluerunt Ariani, Filium esse creatum ad intra ex substantia Patris, aut decisa, aut extensa, & dilatata. Vltorius aduersus Arianos arguens to. 2. pag. 580. Col. 1. A. Scribit

S. Athanasius:

[Fugendum itaque est, & cauendum omnibus Christianis, ne secundum errorē imperitorum hominum, quos notans Apostolus 2. Thimot. 3. 13. errantium circa fidem induci possunt: errantes, inquit, & in errorem mittentes, id est qui in Trinitate Sancta, atque indiuisa aliquid creatum, aut inferius, posteriusue suaserint esse credendum. Quia quicquid creatum est, Deus esse non potest. Quod inferius, perfectum non est: quod posterius, caret perpetuitate. Ac perinde in his gradibus diuinum nihil esse potest.]

Licetus:

Quibus breuiter, atque solide, dilucidèque S. Athanasius tria placita Ferchij demolitur. Primum, quia Ferchius ait, Arium non posuisse Filium ad intra creatum, sed solum ad extra; quum Athanasius hic asserat, Arium creare, & alios imperitos in errorem inducere, dum in Trinitate Sancta ponit aliquid creatum, Filium scilicet, & Spiritum Sanctum; quod agit et Ferchius. Secundum dogma destruitur ab Athanasio, quo Ferchius constituit Filium ad intra creatum esse; quia contradicit Athanasius, *Quicquid creatum est, Deus esse non potest.* loquitur autem Athanasius de quolibet propriè creato simpliciter, dum ait: *Quicquid creatum est, Deus esse non potest.* Tertium Ferchij dogma profecissum à S. Athanasio, est quo Ferchius epist. ad Bald. decernit pag. 36. 37. Filium Dei esse creatum ex præexistente substantia Dei Patris; quia, ut ait Athanasius, in Sancta, & indiuidua Trinitate gradus prioris, & posterioris esse nequeunt. Insuper quicquid in Trinitate creari de nihilo dicitur ab Ario, id ab eo creari ponitur ad intra. Sed Athanasius aperte supponit, & ostendit Arium, ac multos Arianos asseruisse Filium in Trinitate creatum de nihilo. Igitur Athanasij testimonio ponit Arius cum multis asseclis suis, Filium esse creatum ad intra, & de nihilo in Trinitate. scribit enim to. 1. pag. 241. & seqq. in expositione fidei

S. Athanasius:

[Ceterum absit ut opinemur, conditum aliquid esse, aut creatum, aut ex nihilo prodiisse creatorem Deum, eundemque Dei Filium, existentem ab existente, & unicum ex unico, cui ut ab æterno ex Patre genito par gloria, & potestas. (et mox) verum quia Primogenitum illum dicit Paulus, Col. 1. non esse

creaturam ostendit, sed factum Patris; peregrinum enim est, & alienum à Trinitate, si dicatur creatura.]

Licetus:

[Sic igitur Arius ponens Filium esse creatum in Trinitate de nihilo à Patre Deo, ponit ipsum esse creatum ad intra de nihilo. Secus enim illi S. Athanasius perperam obiecit, peregrinum, & alienum esse à Trinitate Filium dici creaturam, & creatum ex nihilo: si censisset Arius Filium esse creatum extra Trinitatem ex nihilo. Sed nec omittendum est Ferchio contradicere S. Athanasium, a seueranti 2. defens. n. 97. Filium à Paulo dici primogenitum omnis creaturae, ut ipse creatura esse intelligatur. Amplius quum in Concilio Niceno disputans cum Athanasio to. 1. pag. 119. A. coactus fuerit ista confiteri

21

22

Arius:

[Esto, sic æternus Filius; sed ita, ut ab æterno conditus, æternitatem quoque in se habeat.]

18

Licetus:

Nulla res ad extra condita potest esse coæterna Deo; quia nihil extra Deum potest eterno Deo coæternum esse; quum in æternitate formaliter ac propriè nihil sit nisi Deus. Arius ergo, dum ait Filium æternitatem in se habere, ac esse æternum ab æterno creatum: clare ponit Filium esse creatum ad intra, non autem ad extra. Præterea referens acta Synodi Ariminensis, & Seleucis, proponit to. 1. pag. 874. 875. ita (symbolum Arrianorum

23

(Scripta

S. Athanasius :

Scripta autem Arianorum fuere : Credimus in unum, & solum, & verum Deum, Patrem omnipotentem, conditorem, opificemque omnium. Et in unigenitum Filium eius, ante omnia secula, & initia, & ante omne tempus, quod in intellectum cadere potest, existentem; & ante omnem comprehensibilem substantiam, natum impatibilem ex Deo: per quem omnia secula perfecta, & omnia facta sunt; Natum unigenitum solum ex solo Patre: Deum de Deo: similem Patri eius, qui ipsum genuit: cuius secundum scripturas generationem nemo novit, nisi solus, qui eum genuit Pater (& mox) Vocabulum porro substantiæ, quia simplicius a Patribus positum est, & a populo ignoratur, & scandalum affert, eo quod in scriptura non contineatur, placuit ut de medio tolleretur: & nullam post hac de Deo substantiæ mentionem esse faciendam, eo quod Sacra Scripturæ nunquam meminere substantiæ Patris, & Filij. Filium autem Patri per omnia similem esse dicimus, quemadmodum Sacrae literæ dicunt, & docent. Hæc Hæretici. Quibus relatis, non longe postea cognita est istorum, qui hæc scripserunt, vassities. Episcopis enim proponentibus, ut ceteræ cum Ariana damnarentur hæreses, reliquisque omnibus in id consentientibus, Ursacius, & Valens cum socijs suis abierunt. Et deinde cognitum est, eos non sinceritate, sed ad abolitionem eorum, quæ Nicæ acta essent, ita scripsisse, ut infaustam hæresim introducerent.]

Licetus:

Ex his Athanasij testimonijs apparet evidenter, Arianorum plures, qui generationem Filij cum creatione confundebant, uti nunc etiam Ferchius, posuisse Filium creatum ex Deo Patre, Deum de Deo, similem Patri suo, ante omnia secula, &

- initia, & ante omne tempus, quod in intellectum cadere potest, & ante omnem comprehensibilem substantiam; & eapropter ad intra conditum, non autem ad extra; tum quia comprehensibilis omnis substantia creata est ad extra, nulla profus ad intra; tum quia ante omnia secula, & initia, & ante omne tempus, quod in intellectum cadere potest, nihil est nisi Deus, tresque diuine persone; quare nihil extra Deum. Sic ergo Ferchius Filium Dei creatum ad intra ponens ab eterno ex substantia Dei Patris, cum istis Arianis apertissime communicat, Ariminense Seluciaque Concilium deturpantibus. Verum evidentissime quoque cum Arianis illis, & alijs hereticis in proposito dogmate, Filij Dei proprie creati ad intra communicat Ferchius, qui ponunt Filium creatum ex substantia Patris extensa & dilata de monade in dualitatem, & in Trinitatem: contra quos disputat S. Athanasius in oratione. scribit enim to. 1. pag. 526. & seqq. de Arianorum grege

S. Athanasius:

- [Hoc genus opinionis à Stoicis fortasse accepit, affirmantibus Deum contrahi, & rursus expandi cum rerum vniuersitate, & infinities desinere. Quod enim dilatatur, ex arcitudine dilatationem accipit: et quod extenditur, ex antea contractis in latitudinem explicatur, id sibi ipsidem est, nihilque seipso maius, nisi quatenus extensionem sustinuit: Si igitur vnitas dilatando facta est Trinitas, Vnitasque Pater est: Trinitas autem Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus: Si quidem principio dilatata Vnitas vbi passionem huiusmodi sustinisset, factum est hoc ipsum quod non erat; dilatata enim est, quum lata non erat. Deinde quæ Vnitas fuit, extensa est in Trinitatem: Trinitasque est Pater & Filius & Spiritus Sanctus. Idem ergo ipse Pater secundum Sabellium factus est Filius & Spiritus sanctus. Nisi Vnitas apud Deum aliud sit præter Patrem, neque vocabulo dilatationis ulterius sit utendum, scilicet quia sola vnitas trium personarum sit effectrix, & primo loco recipienda sit vnitas, deinde Pater est, & Filius & Spiritus Sanctus.]

Licetus:

Quam ultimam opinionem apertè videtur in Epistola sua
de productione Filii Dei ad Baldum pag. 56. profiteri scribens
ipse 28

Ferchius:

31 Quia esse à se, est prius origine: esse ab alio est posterius
32 origine. Sed essentia Dei est in Patre à se, atque adeo
33 prius origine; est in Filio non à se, sed à Patre; quare &
34 posterius origine; Vnde à Filio est præsupposita essentia in
35 Patre.

Licetus:

Quibus & originem priorem attribuit Ferchius tum essentia
diuinæ, tum ipsimet Patri; quorum neutri competit vllatenus 29
origo. Quin & ordinem prioris & posterioris in Trinitate po-
nit secundum existentiam pag. 35. 36. à parte rei, contra
symbolum Athanasij: & gradus in Triade, contra S. Am- 30
brosij decreta in libro de Fide c. 9. vt latius infra demonstrabi-
mus. Sed ex hoc loco patet, Arianos asserentes Filium esse 31
creatum ex vnitate prius in Patre coarctata, deinde dilatata
in dualitatem per creationem Filij, & deinceps in Trinitatem
per creationem Spiritus Sancti, fateri Filium, & Spiritum san- 32
ctum esse creatos ad intra, non autem ad extra, ex præistente
substantia Dei Patris, vt opinatur ipse Ferchius epist. pag. 35.
36. Ceterum in eadem oratione quinta coarguit Athanasius Aria- 33
nos, qui dicebant Filium Dei esse productum, & creatum ex
substantia Patris dilatata in dualitatem, proindeque ad intra,
sic addens

S. Athanasius:

[Si enim illa vnitas dilatata esset, extendissetque seipsam;
ipta nimirum hoc ipsum fuerit, quod extensum est; & ita vbi
illiusmodi expansu, dilatationeque in Trinitatem se extendisset,
non

non ulterius remansit Vnitas; Vnitasque vicissim ante sui expli-
 cationem nondum erat Trinitas, & Pater quum esset, non-
 dum erat Filius, aut Spiritus Sanctus; in quos quum ille mu-
 34 raturus Patris naturam deinde non retinuit. Hæc Solummo-
 do per mendacium ab illo dici potuerint, quicumque est tantæ
 audaciæ, vt Deo non vereatur corpus adscribere, eumque pas-
 sibilem esse pronunciare. Quid enim aliud est dilatari, quam
 passio eius rei, quæ dilatationem accipit? aut quid nam aliud
 est id, quod dilatatum est, nisi quod antea non ita spatiosum, sed
 angustum fuit? idem enim est, ac tantummodo tempore a seip-
 so differt. Hoc enim Apostolus Corinth. ep. 2. Cap. 40. scri-
 bens indicauit. *Ne inquit, coarctemini in vobis, o Corinthij; sed dilatemini potius.* Adhortatur vt iidem sese ab angustiis in
 latitudinem mutant. Sicut autem si dilatati fuissent ex sua an-
 gustia Corinthij; non alij fuissent, sed iidem qui antea
 Corinthij, ita quoque si Pater dilatatus fuisset in Trini-
 tatem, & iam Trinitas effectus fuisset, æque idem remansisset:
 Iterum ille hæc usurpat. *Cor vestrum dilatatum est:* Noë quo-
 que idem locutus est, *Ge. 9. Dilatet Deus Iaphet.* idem enim cor,
 idemque Iaphet est in latitudine, qui antea in arcitudine fue-
 rat. Ergo si Vnitas se dilatauerit, eadem fuerit iam dilatata quæ
 ante dilatationem fuerat. Quid igitur aut Filium, aut Spiritum
 Sanctum esse velint, non in scite ab ijs interrogari potest; quum
 talia non vereantur in sermonem proferre; aut quis effectus
 sit istiusmodi dilatationis; aut vt eos ad id, quod verum est, vr-
 geamus: aut vt alio modo dilatatio recipitur? Quod enim
 non in eodem statu perseverat, sed sequenti tempore exporrigi-
 tur, necessum est causam habere, propter quam exporrigatur.
 Si igitur vt Verbum, & Spiritus coexistat, superfluum est men-
 tionem facere de Vnitate postmodum dilatata. Si quidem
 non postea tandem Verbum, siue quod idem est, Ratio & Spiri-
 tus Sanctus exiteret: vt pote qui semper ab æterno fuerint; ne
 concedendum sit, Deum aliquando Rationis expertem fuisse,
 vt Arianorum opinio est. Quapropter si & ab æterno fuit
 Verbum, & ab æterno Spiritus Sanctus; ab æterno quoque
 dilatatio fuerit; non autem vt primum Vnitas existeret, deinde
 de

de ex dilatatione Trinitas exurgeret. Nam si posterius dilatatio introducta fuit, posterius Verbum emerferit. Sin autem ob assumptum hominem dilatata est Unitas, eoque expansa Trias effecta est; ergo ante assumptionem humanæ naturæ non fuit Trinitas. Quia, & Pater ipse videbitur caro esse factus; si quidem ipse quum Unitas esset, in homine assumendo dilatationem accepit; & fortasse imposterum in Unitatem coibunt, & contrahentur ipse, & caro, & quod tertium est, Spiritus, ipse enim est, qui ita expanditur; sequeturque ut duntaxat nomine tenus censetur Trinitas. Si autem ut conderet, dilatationem in se recepit; absurdum id quoque. Poterat enim, quum adhuc Unitas esset, omnia condere; quum Unitas ipsa istiusmodi virium non inops esset; neque imbecillitate laboraret, priusquam ita distenderetur. Absurdum enim & impium tale quid de Deo, vel sentire, vel loqui. Huic absurditati alia absurditas in comitatu adheret. Si enim ob rerum creationem dilatatio facta est, & quando Unitas subsisteret, rerum creatio non procedebat; rursus futurum esse, ut post consummationem seculi, ex dilatatione ad Unitatem redeatur; quum ipsa rerum procreatio abolenda sit. Sicut enim ob creationem dilatatio recepta est, ita quoque cessante rerum natura (quæ productio earum est vel Aristoteli, 5. Meta. t. 5.) cessabit & dilatatio. Istiusmodi igitur absurda ex dilatatione Unitatis in Trinitatem sese in occursum dabunt. I

Licet us:

Hæc Athanasius evidenter aduersus Arianos; & alios hæreticos, in Concilio Nicæno damnatos, quicumque ponebāt Filium Dei, & Spiritum Sanctum esse creaturas, creatos ex dilatatione vnus diuinæ naturæ, sive vnus substantiæ Dei Patris in Trinitatem, unitatisque paternæ in Triadem. Quam quidem creationem Filij & Spiritus Sancti ponebant ad intra, scilicet in ipsa diuina natura, & in Trinitate; ut vnique manifestissimum est necessario colligi ex allata S. Athanasij disputatione luculenta. Quæ propte-

propterea totam integre libuit afferre, quia oportuit ad Ferchij dogma, toties ab eo repetitum conuellendū, quo se conatur eximere de consortio Arianorum, his peculiariter insistere; ut pateat aperte, quæcunque S. S. Patres argumenta contra hæreticos Arianos afferunt, eadem contra Ferchium militare, qui similiter ait Filium esse creatum ad intra. Ceterum & Ferchij positionem istam S. Epiphanius lib. 2. to. 2. pag. 233. Aperte demolitur, asserens Arianos cum Catholicis in eo convenire, quod & ipsi posuerint Filium esse productum ad intra, licet diuersa ratione; scribit enim

S. Epiphanius:

[Dicunt itaque Ariani: Confitemur genitum Filium ex Patre, & non negamus; Sed oportet nos etiam creaturā; & facturam confiteri. Nihil stolidius.]

Licetus:

Sic igitur Ariani conueniunt cum Catholicis in eo, quod ponunt Filium, genitum ex Patre ad intra. Sed in eo dissident à Catholicis, quod eiusmodi generationem ad intra putant Ariani, contra catholicos, esse creationem propriè, ut etiam Ferchius; quod eorum dogma statim reprobatur, addens generationem à creatione distinguui,

S. Epiphanius:

37 [Nihil stolidius; Omne enim creatum non simile est genito; neque genitum simile est creato: maxime ad illam puram, & perfectam essentiam]

Licetus:

Sic igitur Epiphaniij testimonio, Ariani posuere Filium esse creatum ad intra, dum faciuntur, ponere se Filium genitum
ex

ex Patrè, cum Catholicis : & istam generationem esse creationem : quæ est positio Ferchij ; qui propterea non se potest eximere ex Arianorum communione. Sed redeamus ad Athanasij propositam disputationem aduersus Arianos in Oratione quinta ; ex qua non solum manifestum est , Arianos asserentes Filium esse productum ex essentia diuina Patris dilatata in Trinitatem , ponere , cum Ferchio , Filium , & Spiritum Sanctum esse creatos ad intra ; sed etiam quæcunque contra illos Arianos decreuit Nicæna Synodus , & disputat S. Athanasius , ostendens Filium non creati ex substantia diuina præexistente in Patre , & extensa , & dilatata ad intra in Trinitatem , aperte necessitatem illationis habere contra dogma Ferchij , dicentis Filium Dei esse creatum ad intra ex præexistente substantia Dei Patris , & Spiritum Sanctum esse creatum ad intra ex præexistente substantia Dei pariter . In qua præexistencia Ferchius præsupponens atque concipiens intellectu suo Patrem sine Filio , concipit atque supponit , vt ait Athanasius , Deum sine Ratione , sineque sua sapientia ignarum ; sine vigore , fortitudineque sua debilem , cum Arianorum impia blasphemia . Sed hac de re latius infra suo loco . Verum etiam si præter hos Arianos , à suo Magistro de proposito dissentientes , Arius posuerit Filium non esse productum de substantia Patris , sed ex non entibus , hoc est de nihilo ; tamen istiusmodi suam productionem Filij dixit Arius esse creationem in Deo , & in Trinitate ; proptereaque ad intra , sicut & ipse Ferchius fateatur , verbis & sententijs prorsus iisdem ab ipsomet Ario mutatis , vt ex iterata collatione sermonum vtriusque constat euidentiissime . Scribit enim I. defens. n. 28.

38

39

49

Ferchius :

Genus creationis est productio . Extenditurque creatio & ad intra in Deo , & ad extra in creaturis . Ad intra , Sapientia primogenita ante omnem creaturam Ecclesiast. 24. de se loquitur , *Ab initio , & ante secula creata sum .* & cum 70. Interpretib. Prou. 8. *Dominus creauit me principium viarum suarum .*

D

Licetus

Licetus:

83

Et in Epistola de productione Filij Dei ad Baldum, pag. 58. ait

Ferchius:

Non multæ sunt productiones Filij à parte rei, sed unica
quæ & generatio, & creatio, & conceptio, & parturitio, &
ordinatio, aliisque vocabulis indicari potest.

Licetus:

Eadem omnino cum istis Ferchii dogmatibus, profitetur
Arius apud S. Athanasium, & profitentur Ariani apud S. Epi-
phanium, ut vidimus. Quæ repetere iuvat, ad propositi ma-
iorem evidentiam, & veritatis confirmationem, sicuti repetit
Ferchius non semel, Arium posuisse Filium Dei creatum ad
extra, non autem ad intra. Interrogans enim mox responsu-
rum Arium, ait antea citato loco

S. Athanasius:

[Age igitur, dic ingenue quid sentias, & quam hic senti-
entiam, ut rectam amplectaris? Arius: Dominus creavit me:
Ego illud, creavit, accipio, ac si, genuit me, locutus fuisset.
Athanasius: Si igitur genitus est, certum est eum non creatum
fuisse; contra, si conditus est, genitus non fuerit. Arius: Tu
non intelligis vim illius dicti. Athanasius: Ne graueris me susti-
nere, donec intelligam. Arius: Ne passio aliqua pariendi in-
telligeretur, dictum est, Dominus creavit me. In Deo enim
creare, idem est, quod gignere.]

Licetus:

Consimiliter Ariani, ut visum est nuper apud S. Ephipha-
nium,

nium, dicunt Filium genitum ex Deo, & creatum ad intra; non distinguentes creationem à generatione Filii. Sic igitur & Arius, & Ariani posuere creationem Filii, & in Deo, & ex Deo, non ad extra, sed ad intra; censueruntque creationem Filii cum eius generatione coincidere, prorsumque identificari, putantes Filium simul esse genitum, & creatum ad intra, sicuti profiteretur & Ferchius. Denique scribit hoc ipsum de Arianis lib. 1. de Fide cap. 5. aiens 42

S. Ambrosius:

[Nunc videamus quo distant à Gentilibus Ariani: Illi Deos appellant, dispares sexu, dissimiles potestate: Isti Trinitatem asserunt differentis Diuinitatis, & dissimilis potestatis.]

Licetus:

Sic igitur Ariani, ponentes Trinitatem, in qua Filium Dei dicunt esse creatum, dissimilis potestatis, atque differentis diuinitatis à Patre, clarè ponunt Filium in Trinitate creatum; & ea propter ad intra, sicuti Ferchius, non autem ad extra. Quapropter omnes rationes de creatione Filij Dei aduersus Arium, & Arianos, à Patribus Concilij Nicæni, & ab alijs Orthodoxis doctoribus, virisque Sanctis allatæ, contra Ferchium militant, pariterque illius opinionem demoliuntur. Cui fat esse debuisset, quod in opusc. 37. cap. 4. si eum audiret, 43

D. Thomas:

[Deus verè non creat Deum.]

Licetus:

Immo vero, quod idem Angelicus apertius inquit de proposito, dum ex professo tractat de processionibus diuinarum 44

D 2

perfo-

personarum ad intra, de ijs agentem introducit Arium, vna cum Ferchio, asserentem in Deo Filium à Patre creati, & Spiritum Sanctum ab utroque: Scribit enim 1. p. q. 27. Ar. 1.

D. Thomas:

[Verum processio sit in diuinis. Respondeo dicendum, quod diuina Scriptura in rebus diuinis, nominibus ad processionem pertinentibus utitur. Hanc autem processionem diuersi diuersimode acceperunt. Quidam enim acceperunt hanc processionem secundum quod effectus procedit à causa. Et sic accepit Arius, dicens Filium procedere à Patre, sicut primam eius creaturam: & Spiritum Sanctum procedere à Patre & Filio, sicut creaturam utriusque.

Licetus:

Quis non videt hic, D. Thomam asseuerare, Filium & Spiritum Sanctum ab Ario poni creatos ad intra? Ferchium cum Ario communicare, pariter asserendo, Filium & Spiritum Sanctum esse proprie creatos ad intra? Ceterum hic obseruamus, Arium, quum primo posuisset, Patrem creasse Filium tantummodo; cui postea Spiritum Sanctum, & alias creaturas omnes creandas reliquisset; conuictum ab Achanasio postea constituisse, Spiritum Sanctum processisse ab utroque, sed ad intra creatum fuisse simul à Patre & à Filio, cooperantibus, ut hic obseruat Angelicus. Immo demonstrat hoc ipsum ex Arij confutatione, quam illico subiungit inquitens:

D. Thomas:

[Et secundum hoc neque Filius, neque Spiritus Sanctus esset verus Deus; quod est contra id, quod dicitur de Filio 1. Ioan. vlt. *Vt simus in vero Filio eius.* & de Spiritu Sancto dicitur 1. Corint. 3. *Nescitis quia membra vestra templum sunt Spiritus Sancti,* Templum autem habere, solius Dei est.]

Lice-

Licetus:

Si ergo Filius, & Spiritus Sanctus aduersus Arium, ostenduntur à D. Thoma non esse creaturæ procedentes à Deo ad intra; quia sic illorum neuter esset verus Deus; iam satis apparet ex Angelico, tum Arium posuisse Filium, & Spiritum Sanctum esse creatos ad intra: quod illi planè consentiens & ipse Ferchius profiteretur, tum ad intra nullam omnino creaturam à Deo procedere, contra positionem Arii non magis quam Ferchij: quia in processibus ad intra nulla potest esse ratio causæ & effectus, nullaque ratio creaturæ, quod omnis creatura procedat à creatore suo, tanquam effectus à causa, iuxta sententiam D. Thomæ. Sed subinde Sabellium quoque ponit Angelicus assenerasse, Filium & Spiritum Sanctum alia quadam ratione procedere à Patre ad intra. Subdit enim statim:

D. Thomas:

Alii verò hanc processionem acceperunt, secundum quod causa dicitur procedere in effectum, in quantum vel mouet ipsum, vel similitudinem suam ipsi imprimit. Et sic accepit Sabellius, dicens, ipsum Deum Patrem Filium dici secundum quod carnem assumpsit ex Virgine: & eundem oici Spiritum Sanctum, secundum quod creaturam rationalem sanctificat, & ad vitam mouet.

Licetus:

Constat ex his, D. Thomam affirmare, Sabellio pariter & Ario, licet diuerso modo, poni diuinas personas ad intra processionem suam habere, non autem ad extra; Filiumque esse primam creaturam Patris: sicut Ferchius existimat, sapèque profiteretur. Ceterum paulò post ostendit D. Thomas, Arium & Sabellium suo sine frustratos, ostendere non potuisse Filium

ad

ad intra creatum fuisse, neque procedendo tanquam effectum à causa, creaturamque à creatore suo, sicuti dicebat Arius, cui nunc assentit Ferchius; neque tanquam à causa procedente in effectum, vel similitudinem suam imprimente ipsi effectui, mouenteue suum effectum, vt asseribat Sabellius; quia vterque nolens ac inuitus, aut fortè nescius, & non animaduertens, temerariè processionem diuinarum personarum ad intra, permiscens illi, cum eaque falsò confundens aliquid processionis creaturarum ad extra. Quod paulò post aperte sic asserit

D. Thomas:

[Si quis autem diligenter consideret, vterque accepit processionem secundum quod est ad aliquod extra; Vnde neuter ponit processionem in ipso Deo.]

Licetus:

Scilicet quemadmodum vterque ponere intendebat. Ita Ferchius ipse, si quis diligenter consideret eius positionem, quæ dicit Filium esse creatum ex præexistente substantia Dei Patris, sicut Adam ex præexistente luto, & omnis alia creatura ex aliquo suo principio materiali præexistente, i. defens. n. 28. & epist. Bald. pag. 35. 36. 46. procreationem, processum nemque Filij sumit, inuitus aut non aduertens, secundum quod est ad aliquod extra; Nam in Deo nihil reuera præexistens esse potest. Vnde nec ipse (licet contra suam intentionem) ponit processionem Filij in ipso Deo: cum Ario consentiens, qui dicit Filium esse primam creaturam in Trinitate, creatam à præexistente Deo Patre: pariter & cum illis Arianis, quos arguit S. Athanasius in oratione quinta, dicentibus Filium Dei esse primam creaturam, creatam ex diuina substantia præexistente in Patre, & postea extensa ad Filium, & ad Spiritum Sanctum. Quare quæcunque contra positionem Arianam de creatione Filij Dei ad intra proposuere Sancti Patres, & orthodoxi Doctores

Aores argumenta, militante etiam contra consimilem, & eandem Ferchij opinionem, quam impugnamus hoc opere. 49
 Immò vero, si quis diligenter consideret, dum ipse Ferchius 1. defen. n. 28. probare nititur, Filium esse creatum ad intra per oraculum 8. Prou. *Dominus creauit me principium viarum suarum ad opera sua: accipit cum Ario processionem Filii secundum quod est ad aliquod extra.* Namque viæ, & opera Dei non sunt ad intra, sed omnes creaturæ ad extra. Et reuera Filius ad intra producitur, non per habitudinem vilam principij creaturarum ad extra, sed absolutè, sine vlla relatione proctus Filij ad creaturas extra Deum. Verum enim verò Proverb. oraculum illud agit de creatione humanitatis Christi, siue Filij vt hominis; qui creatus est ad extra in plenitudine temporum, secunda sui productione de Matre Virgine, vere principium omnium creaturarum Dei prædestinatarum; tanquam primatum tenens, & caput Ecclesie, sicut ad Colois. 1. Scribit Apostolus, & sicut in psal. 39. 8. legitur, *In capite libri scriptum est de me; quia Christus vt homo, est principium omnium prædestinatorum, creatum ad extra de muliere, vt ait Apostolus Gal. 4. Factam ex muliere, factum sub lege.* Sed ad intra genitus est Filius absque vlla relatione principij ad aliquod extra, sed per solam relationem ad Patrem suum genitorem ad intra. Quare communieat cum Ario Ferchius in assignanda sua creatione Filij Dei ad intra per relationem ad aliquod extra. Quia etiam, quum in Trinitate nulla persona sit alterius Dominæ, vel serua; quippe Patris, & Filij, & Spiritus Sancti vna est Diuinitas, equalis gloria, coceterna maiestas. *Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus: Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus Sanctus: & tamen non tres domini, sed vnus est dominus: vt ait Athanasius in Symbolo.* Iam Pater ad intra non potest esse diciue Filij sui Dominus. Itaque Salomonis oraculum, *Dominus creauit me*, non intelligitur de persona Filij ad intra, sed solum de humanitate Christi; 50 que verè Dei creatura est, & ad extra producta; proindeque serua Dei; vt apud Iudith 16. legitur: *Adonai Domine Deus, magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem superare nemo potest.*

potest. Tibi seruiat omnis creatura tua, quia dixisti, & facta sunt: misisti spiritum tuum, & creata sunt. Dum ergo Ferchius ostendere nititur Filium esse creatum ad intra per locum 8. Prou. Dominus creauit me principium viarum suarum: Probat ipsum esse creatum ad extra; quoniam ad intra Pater non est Filius sui Dominus, neque Filius est sui Patris seruus; adeoque nec Patris creatura. Quare, vt nuper dicebamus, rationes omnes, quibus Arii perfidam hæresim, de Filio prima creatura Dei, Sancti Patres olim expugnauerunt, eædem apertè necessarioque contrariam opinionem Ferchii sunt expugnatura. Quæ luculentius afferre nos oportuit, vt destrueremus præcipuum fundamentum opinionis Ferchii & asylum, quo se recipere consuevit. Iam eius dogmata de creatione Filii ad intra singulatim expendamus.

Filium in diuinitas esse primam omnium creaturarum, affirmant Arius & Ferchius: e contra negant Sancti Patres.

Cap. I V.

Solennis est omnium Arianorum hæresis, nunquam non à Sanctis Patribus damnata, qua dicebant Hæretici, Filium Dei esse in genere creaturarum omnium primam creaturam, creatam ante reliquas. Quibus aperte consentiens non vno in loco subscribit, & primo lib. defen. pag. 34. 35.

Ferchius:

33 Creatio theologicè est productio entis ex aliquo principio
 33 præsupposito, & interno ipsi productio. Et genus Creationis
 33 est productio. Extenditurque creatio & ad intra in Deo, &
 33 ad extra in creaturis. Ad intra, Sapientia primogenita ante
 33 omnem creaturam Ecclesiasticè. 24. de se loquitur,
 33 *Ab initio, & ante secula creata sum.* Et cum 79. Interpretib.
 Prou.

„ *Prou. 8. Dominus creauit me principium viarum suarum. ut*
 „ *est apud S. Cyrillum 5. Thes. cap. 3. & 4. Quoniam Filius*
 „ *Dei non est ex nihilo, sed ex substantia Patris præsump-*
 „ *sita, & inexistente ipsi Filio, productus est; id circo & di-*
 „ *citur creatus. Ad extra, Sap. 13. Non enim erat impotens*
 „ *manus tua, quæ creauit orbem terrarum de materia informi.*
 „ *Genes. 5. Masculum, & feminam creauit eos: de luto nimi-*
 „ *rum & cocta.*

Licetus:

Sed apertius lib. 2. defens. pag. 250. scribit de proposi-

to

Ferchius:

„ *Sic ad Coloss. 1. Filius dicitur primogenitus omnis creatura, ut*
 „ *& ipse creatura esse intelligatur.*

Licetus:

Quod iisdem verbis repetit ipse Ferchius in opusculo suo
De productione Filij Dei ad Baldum pag. 77. Ceterum & in 2. de-
fens. pag. 251. adiungit

Ferchius:

„ *Si loquamur de rebus creatis, prima rerum creatarum est*
 „ *sapientia Dei primogenita.*

Licetus:

Hanc eandem sententiam prius habuit in Concilio Nicæno
 damnatus Arius. contra quem ibidem disputauit, ut habetur 5 2
 in to. 1. pag. 119. D.

E

S. At-

S. Athanasius:

[Quis creatus est ante omnes creaturas? *Arius*: Filius; atque ideo Primogenitus in scriptura appellatur.

Licetus:

Ceterum hoc Arii dogma dum conuellit ab Athanasso, simul ut Ferchij positio proscribitur: Addit autem in Arium illico.

S. Athanasius:

[Si quis Satanam adoret; recte ne, an male facit? *Arius*: Impius, & sine Deo est, neque communem sensum habet. *Athanasius*: Deus quum postularis apud Iob vacaret, ita de satana verba facit: *Principium ille formationum domini est factus, ad id vt ab Angelis illuderetur*: Tu igitur primam creaturam adorans, satanam adoras, quemadmodum hic sermo ostendit. Iam si contentiosius instas, Satanam priorem Filio creaturam esse, Satanam facies priorem Spiritu Sancto. Tu enim iam statuebas, Filium quidem à Deo, Spiritum verò Sanctum à Filio procreatum affirmabas. *Arius*: Veritas me circumseribit, non tu. Veruntamen postquam me huc induxisti: Et ego quoque te circūcludam, & multis testimonijs dicentibus Filium creaturam esse]

Licetus:

En victum nunc Arium à Veritate se confiteri, deque pristina sententia discedere, qua constitutebat Filium esse primam creaturam. Sed alia nescioque testimonia muginatur, atque veluti minatur, quibus ostensurum se gloriatur Filium esse.

esse creaturam. Cur Veglia non cedit huic argumento Sancti Athanasij, cui succumbit Arius? Veglia secutus est Arium de Filio Dei prima creatura blasphemantem: sequatur eum ab ea primæ creaturæ blasphemia se retrahentem.

Oraculum D. Pauli de Filio primogenito omnis creaturæ; mutilatur ab Ario, & à Ferchio: atque detorquetur à vero sensu Apostoli ad impietatem primæ creaturæ, Verbo Dei appictæ.

Cap. V.

CETERUM ad suam blasphemiam, de Filio prima creatura, confirmandam, abutuntur Arius, & Ferchius Apostoli testimonio, mutilato, & peruerso in sensum contrarium illi, quem statim adiungit ipse Paulus, explicans oraculum suum. Isti namque dicunt ambo, falsa prorsus explicatione, Filium Dei dici primogenitum omnis creaturæ, ut ipse prima creatura esse intelligatur; contra tamen Apostolus ipse scribit, primogenitum omnis creaturæ, quoniam ipse est, in quo condita sunt omnia, quæcunque creata sunt. Ita siquidem ad Verbum de Filio Dei dicit Coloss. 1. 15. & seqq.

D. Paulus:

[Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ; quoniam in ipso condita sunt vniuersa, in cælo, & in terra: visibilia, & inuisibilia: siue Throni, siue Dominatio- nes, siue potestates. Omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, et ipse est ante omnia, & omnia in ipso constant.]

Licetis:

Sic igitur Apostolus ait, Filium esse primogenitum omnis creaturæ, quia per ipsum omnia creata sunt. Ex quo disto

recte deducunt Catholici Patres omnes, Filium non esse primam creaturam; immo neque creaturam; contra sensum Arii, Ferchijque; perperam ex Apostolo colligere se putantium, Filium esse primam creaturam. Namque proposito peragens in oratione tertia contra Arianos pag. 413. inquit

55

S. Athanasius:

[Ut quemadmodum ante rerum naturam ipse erat Filius; per quem rerum natura condita est; ita quoque antequam vocaretur primogenitus omnis creaturæ, nihilominus ipse erat Verbum apud Patrem, & Deus erat Verbum. Verum istud minime intelligentes Impij, circumaguntur, & his verbis se ingerunt: *Si primogenitus est omnis creaturæ, certum est eum unum esse ex rebus creatis.* Stulti, si omnino omnis creaturæ primogenitus est, diuersum ergo quiddam à rebus creatis iuerit. Non enim dixit, primogenitus est omnium aliarum creaturarum, ne veluti vnã ex creaturis ob cognationem haberetur; sed vniuersæ creationis, vt diuersum quiddam à creaturis intelligeretur.]

Licetus:

Arius autem & Veglia, dicentes Filium Dei nuncupari primogenitum omnis creaturæ; vt & ipse creatura esse intelligatur, Athanasio refragantur apertè. Cuinam subscribendum est in proposito, Ariano ac Vegliæ, an potius Athanasio? Ego certe cum Catholicis, execratus Arium, & exosus Vegliæ doctrinam, Athanasij Sententiam venero. Quam quidem sententiam in eadem oratione tertia Iulientius paulo prius, pag. 472. B. C. D. & seq. attulerat inquirens alia ratione

S. Athanasius:

[Quod autem primogenitus naturæ rerum appellatur; id non ideo fit, quasi ipse ceteris creaturis coæquetur; aut quod primus

mus ille sit ratione temporis; quò enim id fieri quèat, quum Unigenitus sit Dei? Sed ob Verbum ad nostram humilitatem demissionem, id nomen illi inditur; qua ratione plurimorum efficitur frater. Adeoque in scripturis nunquam appellatur primogenitus Dei, neque creatura Dei.]

Licetus:

Quod est immediate contra positionem Arii & Ferchij differentium aperte, Filium esse creaturam Dei Patris, primamque creaturam Dei. Sequitur autem illico.

S. Athanasius:

[Sed ista omnia, Unigenitus, & Filius, & Verbum, & Sapientia, ad Patrem referuntur: Itemque suam proprietatem habent. (& mox) Sed simpliciter Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris appellatur: Primogenitus autem dicitur cum additamento causæ; creaturarum enim gratia, primogenitus factus est; quam etiam Paulus suis verbis implicauit, dum ait Rom. 11. & Coloss. 1. *In eo creata sunt omnia.* Quod, si omnes creaturæ in ipso creatæ sunt, aliud ipse a creaturis, & nequaquam creatura fuerit, quum sit creator omnium. Neque ideo, quia ex Patre est, primogenitus appellatur; sed quia in eo terram natura est condita.]

Licetus:

Hac alia sua theologia non minus contra Ferchium, quam contra Arium, ponentes Filium esse primogenitum à Patre omnis creaturæ, tanquam primam creaturam, statuit Athanasius Filium esse Unigenitum à Patre; sed appellari postea primogenitum omnis creaturæ, quia sit genius principium,

in

in

in quo conditæ sunt omnes creature, per quem creata sunt omnia creaturarum genera; proindeque ipsum non esse primam creaturam Dei, non omnino creaturam, quæ proprie creata sit ullatenus. Ceterum contra eandem Arii, Ferchijque explicationem [de Filio primogenito omnis creature], scribit ita super locum D. Pauli, Homil. 3.

S. Io. Chrysostomus:

[Primogenitus vniuersæ creationis. Quid igitur inquis? Ecce creatus est. Vnde dic quæso? Quoniam primogenitum dixit. Atqui non dixit *primocreatus*, sed *primogenitus*. Sane consequens esset multa ipsum dici. Nam & fratrem eum sic vniuersorum dicere oporteret, & dominium auferre, & neque dignitatem, neque honorem, neque aliud quidquam attendere. Illud enim *primogenitus*, neque diuinitatis, neque humanitatis, neque alterius cuiusquam, nisi solius temporis respectum habet. Quid significat illud Primogenitus? Creatum esse, inquis: Bene: Si hoc est, etiam fratres habet. Alioqui vero Primogenitus eiusdem est essentiæ cum illis, quorum est primogenitus. Dixi esse vniuersæ creature: ergo & lapidum, & meus quoque primogenitus est Deus Verbum. Præterea dic mihi, quid vult illud *Primogenitus, ex mortuis*? Col. 1. 18. Non enim dixit, primogenitus mortuorum, sed primogenitus ex mortuis: Nec dixit, quod primogenitus sit mortuus; sed quod primogenitus ex mortuis resurrexit. Itaque nihil ostendit aliud, quam quod primitiæ resurrectionis factus sit: ergo neque hic.]

Licetus:

Sic ergo D. Io: Chrysostomus, Athanasio consentiens, ex oraculo Pauli, dicentis Filium esse primogenitum omnis creature, colligit contra Ferchium non minus quam Arium, Verbum

bum Dei non esse primam creaturam, sed esse diuersæ penitus essentia ab omni creatura, non vnica ratione. Contra Ferchium pariter & Arium ait lib. 8. de Trinit. pag. 113.

S. Hilarius:

62

[Primogenitus itaque omnis creaturæ est, quia in ipso omnia creata sunt.]

Licetus:

Quum igitur ipse Filius in semetipso creatus dici nequeat; eum ex eo, quod asseritur ab Apostolo primogenitus omnis creaturæ, de sententia Hilarij colligere non potest Arius, neque Ferchius, Filium esse primam creaturam, nec omnium creaturam ex eo quod sit primogenitus omnis creaturæ. Et ad horum confirmationem addit illico

S. Hilarius:

[Et ne, quod in ipso omnia creata sunt, non ad ipsum quisquam audeat referre, ait, omnia per ipsum, & in ipso condita sunt: & ipse est ante omnia, & omnia ipsi constant. Omnia itaque ipsi constant, qui ante omnia est, & in quo omnia sunt. Et hæc quidem ad exordia pertinent creaturarum.]

Licetus:

Sic ergo Filius ex eo, quod primogenitus est omnis creaturæ, non potest asseri cum Ario, & Ferchio esse prima creaturarum omnium: Sed is, in quo, & per quem omnes creaturæ creatæ sunt, tam prima omnium, quam omnes primam sequentes.

Sapien-

Sapientia primogenita ante omnem creaturam ab Ecclesiastico dicta, notat Ario, & Ferchio Filium esse primam creaturam; quod ratio conuellit, ut Orthodoxi Patres.

Cap. V I.

Sed quod adducit Ferchius ad probandum, Filium esse primam creaturam ex oraculo Ecclesiastici, dicens i. defens. pag. 34.

Ferchius:

„ Ad intra, Sapientia primogenita ante omnem creaturam de se loquitur, Ecclesiastic. 24.

Licetus:

64 Hunc locum Arius, & asseclæ proferunt ad probandum Filium Dei esse primam creaturam, sicut & Ferchius; ceteram contra eos ita S. Pater auctor in

Ordinaria Glossa:

64 [Ego ex ore altissimi prodii, primogenita ante omnem creaturam. Quia Verbum consubstantiale, cœternum: Quia non sum creatura: sed ab initio ex Patre genita, per quam est omnis creatura.]

Licetus:

Itaque si Filius est Sapientia primogenita ante omnem creaturam, certum est eum non esse primam creaturam. Enim vero ante omnem creaturam nulla penitus est creatura, nedum prima

prima creatura. Sed Arius, & Ferchius abutuntur hoc Oraculo, quasi dixerit in Ecclesiastico Sapientia Dei, Ego sum primogenita ante alias creaturas; quum hoc non dixerit; sed, *Ego sum primogenita ante omnem creaturam, simpliciter, & absolute.* In eandem sententiam scribit

Liranus:

[Circa primum in persona Verbi, vel Sapientie genite dicitur: *Ego ex ore altissimi*, id est Dei Patris, *prodium*: & dicitur hic os Altissimi potentie generativa Patris, qua produci- tur Verbum increatum, spirituale, quod est Filius Dei, sicut ore carnali produci- tur verbum sensibile. Nam intelligibilia significantur per similitudines sensibilibus. *Primogenita ante omnem creaturam*. Ex hoc patet, quod Scriptura non loquitur hic de Sapientia diuina essentialiter dicta; quia hec non est generans, nec genita; sed nec etiam de sapientia quacunque creata, per hoc quod dicitur, *Ante omnem creaturam.*]

Licetus:

Recte quidem Liranus, & subtiliter ait, quod Sapientia diuina essentialiter dicta, non est generans, nec genita; quia in diuinis essentia non generat, neque gignitur; sed sola persona Patris generat, & sola persona Filij generatur; adeoque Sapientia dicitur quantum ad personam vere genita esse; Dum autem ait, hic Ecclesiasticum non agere de Sapientia vlla creata, Sapientiam primogenitam ante omnem creaturam esse dicentem, euidentissime contra Ferchium & Arianos determinat, Filium, qui dicitur esse Sapientia primogenita ante omnem creaturam, non esse primam creaturam, nec vllatenus esse creaturam absolute.

De oraculo, Ab initio & ante secula creata sum, per Ferchium
& Arianos mutilato, & ad contrarium scripturæ sensum detorto,
ad probandum Filium, esse primam creaturam.

Cap. VII.

LI. VII.

QUOD autem Ferchius exinde probare studet, Filium esse
primam creaturam, quia dicatur ab initio & ante secula
creatus, cum Arianis eodem argumento utens: id facile de-
monstratur esse contra textum diuinæ Scripturæ, quæ pro-
tulit hoc oraculum, non de diuina persona Verbi, sed de
Verbo iam carnem induco. Sic enim habet integre textu suo
Cap. 24.

Ecclesiasticus:

66 [Tunc præcepit, & dixit mihi creator omnium, & qui crea-
uit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi: In Iacob
inhabita: in Iſraē hereditare, & in Electis meis mitte radi-
ces: Ab initio, & ante secula creata sum: & vsque ad futurum
seculum non desinam. Et in habitatione Sancta coram ipso
ministraui. Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate Sancti-
ficata similiter requieui, & in Ierusalem potestas mea. Et
radicaui in populo honorificato: & in partes Dei mei heredi-
tas illius: & in plenitudine Sanctorum detentio mea.]

Licetus:

Quæ omnia, & singula verificantur de Christo homine, in
hoc mundo elementari vitam agente: nulla verò de diuina
persona in Trinitate. Nam in Trinitate Filio non præcipit
Pater, quia vterque dominus est, neuter alteri præcipit.
Athanasio siquidem in symbolo, Dominus est Pater, Dominus
Filius,

Filius, Dominus Spiritus Sanctus: & tamen non tres domini, sed unus est dominus. At Deus Pater Filio humanam carnem induto præcepit faciendam, quæ pertinebant ad mundi redemptionem. Deinde Deus creator omnium creauit humanitatem Christi, non autem Verbi personam in Trinitate; quia creator omnium est Deus trinus; qui non creauit Diuinitatem Filij; sed, cum Filius ipse semetipsum creasset, & creatus etiam esset à Spiritu Sancto; quod nefas, & impium est dicere. Deinceps tabernaculum Filij est humanitas Christi, Apostoli dicit Hebr. 9. In quo tabernaculo, non artificum manu factum, sed cum persona Filij requieuit Pater, & Spiritus Sanctus; quod istæ personæ sunt indiuisæ semper, nec vnus reperitur sine alia. Unde Christus apud Ioan. 14. dicit, Quia ego in Patre, & Pater in me est. Insuper in Iacob inhabitauit Christus homo, non sola persona Verbi, prout à Patre contradistinguitur, & à Spiritu Sancto, de cuius personæ ortu peculiari nunc nostra disputatio est. Insuper in Israel hæreditatem habuit Christus homo, non pura persona Verbi ante assumptam humanitatem. Similiter in Electis Dei misit radices Christus homo, dum natus est de virgine Hebræi populi, tunc electi à Deo. Pariter ab initio, & ante secula creata dicitur humanitas Christi, quantum ad prædestinationem, ut ait S. Ambrosius. Dicitur autem vsque ad futurum seculum non desinere humanitas Christi, quia resurrexit immortalis. Amplius de Christo homine dicitur, quod in habitatione Sancta Iudææ ministravit Deo Patri, voluntatem eius faciens vbique; nec id de Filij persona dici debet ante carnis assumptionem; quia hoc hæresis est Arianorum, blasphemantium, Filium esse ministrum Dei Patris. Itidem humanitas Christi dicitur in Sion esse firmata, & in ciuitate Sanctificata similiter requieuisse; quia requieuit mortuus in Ierosolymæ ciuitate, sanctificata per passionem, & sanguinem suum. Et in Ierusalem maxime Christus hanc suam potestatem plurimis miraculis ostendit, & cetera quæ reculimus in Septimo — Quæ sitis Cap. 19. Unde luculentissime constat, ex hoc Ecclesiastici loco, in quo tractatur de Christo in humanis, non autem de Verbo in di-

uinis; Ferchium & Arium colligere non posse Filium esse primam creaturam, quoad sui diuinitatem. Præterea in Oratione secunda contra Arianos to. 1. pag. 341. C. scribit

77

S. Athanasius:

[Vos autem Ariani, vestrorum verborum memores, dicite mihi, Is qui erat, eo ne qui non erat, indigebat ad rerum naturam condendam, an eo qui erat? Dicitum etiam à vobis, Patrem Filium sibi in instrumentum fecisse, vt per eum omnia conderet.]

Licetus:

Si ergo Filius est, per quem omnia facta, condita, & creata sunt; iam ab initio & ante secula creatus esse non potest; quia non est is, per quem ipsemet conditus & creatus ab initio dici valeat, tanquam prima creatura, vt præterdit post Arianos ipse Ferchius. Ceterum hoc oraculum Ecclesiasticum remouet à diuinitate Filij, referens ad assumptam humanitatem l. 1. de Fide Cap. 7.

78

S. Ambrosius:

[Nec mirum si ante secula fundatam se esse dixit; quum legeris 2. Timoth. 13. prædestinatam ante tempora secularia.]

Licetus:

Si de prædestinatione Filij loquitur Ecclesiasticus eo loco, quum prædestinatio non cadet in diuinitatem Verbi ad intra, sed in humanitatem Christi ad extra; iam ex hoc oraculo Ab initio & ante secula creata sum; non potest Ferchius nec Arius deducere Filium ad intra esse primam creaturam, sed
solum

solum hominem Christum esse creaturam primo prædestinatam; qui testimonio David psalms 39. 8. de semetipso dicit: *In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam: Deus meus voluit, & legem tuam in medio cordis mei.* His additur contra Ferchium hoc loco scribens

Episcopus Nicænus
Ordinaria Glossa:

Ab initio &c. Sacramentum Incarnationis ante secula præsum, & prædestinatum, permanet in seculum seculi, & in habitationibus Ecclesie, id est ritum vere religionis disposuit. 79

Licetus:
 Non igitur ab initio & ante secula per Ecclesiastici dictum creata est ad intra Divinitas Filij Dei, ut ait cum Ariano Ferchius; Sed humanitas Christi præsumpta est ab initio, & prædestinata fuit ante secula.

Oraculum, Dominus creavit me principium viarum suarum, interpretantur Arius & Ferchius de Divinitate Verbi: contra Sancti Patres de humanitate Christi.

Cap. VIII.

Ferchius item ad ostendendum Filium quoad Divinitatem esse primam Dei creaturam, utitur Ariano frequentissimo argumento, desumpto ex Prou. 8. *Dominus creavit me principium viarum suarum.* Sed contra Sancti Patres unanimiter interpretantur hoc oraculum de humanitate Christi, remouentes ipsius intelligentiam à diuina Verbi persona. Nam in primis (ut latius infra videbitur) dum Philosophus quidam 80

Arianus

Arianus in Concilio Nicæno Patribus obijceret procaçiter id oraculum Salomonis, unde demonstrare se putabat Filium Dei esse primam creaturam, frænatus atque victus ab vno Patrum Concilij cessit, ve habetur eo. 1. Concilij pag. 503.

Episcopus Nicænus:

[Audi, Fide intellige, atque confiteare; perfectum Filium ex perfecto Patre, lumen æternum ex eterno lumine: Deum verum ex vero Deo: increatum ex increato. Pater dignum se ipso & æqualem genuit Filium eo modo, quo nouit ipse, qui eum genuit Deus & Pater; & qui ex ipso genitus est Filius; ò Philosophe: Præfers, ò miser, Apostolicis dogmatibus Arii Verba blasphema, creaturam, & instrumentum Filium Dei appellans? Audi ergo à nobis, ò Philosophe, si tamen philosophus es: & crede, non ipsum Filium Dei esse Sapientiam creatam rationalem, ab ipso Filio Dei, qui fecit terram, & habitabilem homini datam. Animum tuum conuerte, non ad odium respiciens, sed ad veritatem; & ipsa veritas ducet te, atque agnosces, Filium Dei Vnigenitum non esse creaturam, sed ipsum creatorem & opificem omnium creaturarum natura- rum.]

Licetus:

Nicæni Concilij Patres negant Filium esse creaturam; & asserunt ipsum esse creatorem omnium naturarum creatarum; quomodo Ferchius cum Arianis audet asseuerare Filium Dei esse primam creaturam? Ceterum & Concilij Nicæni dogmata sunt, quæ S. Athanasius habuit in opere suo de Synodi Nicæne decretis, contra hæresim Arianam prolatis, vbi hoc idem Oraculum Prouerbiorum explicat de humanitate Christi, remouetque à persona diuina, dicens eo. 1. pag. 260. & seqq. nomine Concilij totius

S. Athanasius:

¶ Verum unde ista, queso, didicere, ut talia de saluatore cogitare cæperint? Fortasse respondebunt: Nos legimus, inquit, in Prou. 8. *Dominus creauit me initium viarum suarum ad opera sua.* Nam & Eusebiani cum suis tale mihi quiddam fabulari videbantur: & tu in literis tuis significasti, illos, quum magnis multisque documentis prostrati essent, dictum Salomonis vltro citroque pro se iactitare, quasi Filius à Salomone creatura nominetur, & in censum creaturarum referatur. 81

Licetus:

Quare Ferchius illud oraculū interpretatur iuxta sensū Arianozū, cum illis ex eo colligere se putans Filium esse primam creaturam, & contineri in genere communi creaturarum. Quem sensum illico reprobatur à Concilio, monet addens.

S. Athanasius:

¶ Neque id mirum, quia illud Prouerbiū non bene intellegunt; quod quidem piū & rectū sensum habet; quem si ipsi percepissent, nunquam Dominum gloriæ blasphemassent. 82

Licetus:

Itaque blasphemiam ait, Athanasij relatu, Nicæna Synodus Interpretari Prouerbiū, *Dominus creauit me principium viarum suarum*, de Filio Dei ad intra; & inde colligere, Verbum diuinum esse primam creaturam; quod post antiquos Arianos, pergit etiam nunc agere Ferchius. Addit in proposito ad mentem Concilij mox pagina 261. 83

S. At.

S. Arhanasius:

- 83 [Conferam igitur ea, quę prius recitata fuere cum hoc Proverbio; & videbitur quantum in illis sit differentię. Quis enim rectę sanęque mentis, hic non videat, omnia quę creantur, & conficiuntur, aliunde quam ex natura creatoris autorisque existere? Filium autem, vt superius demonstratum est, non aliunde quam ex Patre generante originem trahere? (& mox) Multum enim est inter ista discrimen; neque potest idem & Filius esse, & creatura, ne simul & ex Deo, & ex alio illius substantia comparata esse intelligatur. Quid ergo? in vanum ne hoc Proverbium scriptum est? tale quid enim illi Ariani, veluti culicum examen, libenter obmurmurant. Non inquam, hoc frustra, sed perquam necessarium scriptum est.
- 84 Vox enim illa, *creari*, de Christo dicitur, sed homine iam facto; quum id proprium sit hominis. Et rem ita se habere animaduertet, quisquis non perfunctorie scriptam perlegerit, obseruatis temporibus, personis, vsuque scripturarum; & quę ita legerit, cum iudicio examinet. Tempus igitur huius dicti locum suum, oportunitatemque habuisse cognosces, quum Dominus, qui semper est, in consummatione seculorum, hominem seipsum fecisset; vt quum esset Filius Dei, Filius hominis fieri non recusaret. Vsum autem, vtilitatemque ex eo deprehendes, quod tunc, quum nostram mortem demoliri vellet, corpus sibi sumpserit ex Maria Virgine, vt illud pro omnibus in victimam offerens, in vniuersum nos omnes liberaret, qui metu mortis per omnem vitam seruituti obnoxij detinebamur.
- 85 Persona quidem, quę loquitur, Saluatoris est; sed tum demum hæc cum loqui intelligendum est, quum corpus assumpsisset: *Dominus creauit me in initio viarum suarum, ad opera sua*: Vt enim Filio Dei probe conuenit perpetuo esse, & in sinu Patris esse; ita quoque homini facto probe conueniebat ea vox: *Dominus creauit me*: tunc enim de eo hoc congruenter dicitur; vt pote qui tunc quoque & esuriebat, & sitiebat, & percunctabatur vbi
- Laza.

Lazarus situs esset, & passus est, & resurrexit. Quemadmodum ergo dum audimus eum Dominum, & Deum, & lumen verum esse; intelligimus eum ex Patre esse: Ita quoque æquum est, dum audimus de eo hanc vocem, *creavit me*, & quod seruus factus sit, & passus sit, ea ipsa non imputare diuinitati; quum id ei minime conueniat; sed carni admeriti, quam propter eos gestauit. Hæc enim propria sunt carnis: eaque ipsa caro non alterius cuiusquam est, sed Verbi Dei. Quod si istius quoque rei usum condiscere cupias, id quoque reperire licebit. Verbum enim caro factum ideo est, Ioan. 1. ut carnem offerret pro omnibus. Atque ita uti nos Spiritus ipsius participatu diuinitatis confortes redderemur, qui alioquin hoc ipsum nunquam adepti fuisset, nisi creatitium nostrum istud corpus ille ipse sibi induisset. Inde enim factum est, ut non simpliciter homines, sed homines Dei, & homines in Christo cæperimus appellari. Sed quemadmodum nos Spiritum Dei accipientes, non deperdimus propriam nostram substantiam; ita quoque Dominus propter nos homo factus, & corpus nostrum, nihilominus manebat Deus. Non enim diminuebatur inclusus hisce corporis ambagibus; sed potius illud desicabat, & immortale reddebat. Et hæc quidem abunde sufficiant, ut Arianorum hæresis ista propalam omnibus innotescat. Ex rationibus enim, quæ mihi Dominus suppeditaui, impietas eorum satis liquet.]

Licetus

Sic Athanasius referens acta Concilij Nicæni, nec non ex mente sua, Sancti Spiritus afflatu mota, contra perfidum Arium in oraculi Prouerbiorum, *Dominus creauit me principium viarum suarum*, interpretatur prophetiam istam per dictum Evangelistæ, *Verbum caro factum est*; luculenter & subtiliter explicando de humanitate Christi, negans istiusmodi creationem Diuinitati Verbi, sed soli concedens humanitati, testatus huiuscemodi rationes à Deo sibi comunicatas in Concilio Nicæno.

Concilij Nicani & Albanasij doctrina & auctoritas defenditur ;
calumniata per hæreticum Langum, à Ferchio laudatum de mendaci
interpretationis oraculi, Dominus creavit me.

Cap. IX.

Ceterum propositis reclamatur eum Lango, scribens in opus-
culo suo *De productione Filij Dei ad Baldum*, pag. 20.

Ferchius:

» Sane ab Apostolis usque ad Concilij Nicani tempora, non fa-
» cile reperias aliquem Patrum, qui exposuerit illud, *Domini-*
» *us creavit me*, de Filio Dei, ut homine; prout notat Ioan-
» nes Langus in Sanctum Iustinum Scholastes to. 2. pag. 120.
» dicens: *Obserua in ijs Patrum Sanctorum Sententijs, pie lector,*
» *quomodo Ariani hæretici, qui dictum illud Sapientie Prou. 8.*
» *Dominus creavit me: ad ostendendum, Unigenitum Filium*
» *Patris creaturam esse, pertinaciter usurparunt, Orthodoxos &*
» *Catholicos ad eas angustias redegerint, ut illi coacti sint oracu-*
» *lum tale ad incarnationem & ad æcondiam referre; quod nescio*
» *an ante Arianorum improbitatem, vetustiores fecerint Apostoli-*
» *ci viri. Erat autem Langus in lectione Patrum valde versatus.*

Licetus:

88 Hæc omnia & singula dira mendacia sunt, meræque blas-
phemix. Langus, quem laudat & sequitur Ferchius, est hære-
ticus in Indice librorum prohibitorum a Tridentino Concilio
damnatus, Vafriciem vero langi quis non videt? Ille titulis
honorificis Patres Nicanos appellat Sanctos, Orthodoxos, &
catholicos: Arianos Ore diffamat hæreticos, pertinaces, &
improbos; at corde constituit, & ore proclamatur Sanctos Con-
cilij Patres ab hæreticis Arianis ad angustias redactos, coa-
ctos.

Etos fuisse diuinam scripturam interpretari in sensu alieno, & improprio. Sane de vobis, Antagonistę, asserere potest illud Sacrosanctum Concilium, Langus & Ferchius labijs me honorat; cor autem eorum longe est à me. Ceterum, quod 89 peius est, contra fidem historię Concilij, mendacio nimis aperto dicunt Langus, atque Ferchius, ab Ariani Patres Nicęnos ad angustias redactos, coactosque fuisse diuinum Oraculum Salomonis, *Dominus creauit me principium viarum suarum*, interpretari de humanitate Christi, quum Arius & Ferchius ipsum intelligant de Diuinitate Verbi. Siquidem in eo Concilio tres legimus extitisse solennes controuersias, & disputationes de Filio, sit ne Creatura Dei, vt dicebant Ariani, & nunc profiteatur etiam Ferchius: an non. Vea quidem disputatio fuit Athanasij cum Ario: altera verò 90 Eusebii Pamphili cum Ariano, Philosopho procaci; tertia humilioris Episcopi, nominis ignoti, cum Ariano philosopho alio superbo; & in omnibus legimus nihilominus ad angustias redactum, & coactum fuisse tam Arium ab Athanasio, quam Ariantum philosophum vtrumque & ab Eusebio Pamphili, & ab Episcopo minore, confiteri Salomonis oraculum, *Dominus creauit me*, intelligendum esse de humanitate Christi, non autem de diuina persona Verbi. Profecto primam historiam ita to. 1. pag. 121. & seqq. refert

S. Athanasius:

[Igitur, si vt ceterę creaturę; conditus est Filius, quomodo 90 haberi poterit Filius Dei?]

Licetus:

Ad hanc interrogationem victus obmutescit hæreticus: & aliò se conuertens, interrogat illico S. Athanasium dicens

Arius:

[Quęso, quomodo intelligis illud, Dominus creauit me? 91

Athanasius : Crede mihi, non eram tibi responsurus; sed in gratiam auditorum respondebo. Salomon &c.]

Licetus:

Vbi S. Athanasius ex alio loco Salomonis plane demonstra-
uit, illud oraculum, *Dominus creauit me*, non de diuinitate Ver-
bi, sed interpretari debere de humanitate Christi: tandem
ad angustias redactus, & coactus ab Athanasio, sic illi respon-
det.

Arius:

91. [Quandoquidem tu recte ad corpus retulisti illud dictum,
Dominus creauit me: recte admodum ego me tibi ad stipulato-
rem præbeo ob susceptum hoc testimonium.]

Licetus:

92. Qua fronte Langus, atque Ferchius audent asserere, Patres
Concilij Niceni redactos ad angustias fuisse ab Arianis, co-
actosque Salomonis oraculum interpretari de humanitate Chri-
sti: quum totum oppositum contigerit? Ariusque redactus ad
angustias coactus fuerit interpretari Salomonis prouerbium
de corpore Christi, suamque abijcere blasphemiam de diui-
nitate creata? Ceterum in altera disputatione, quam humi-
lis alius Episcopus habuit cum Ariano philosopho procaci,
contigit id ipsum, vt aperte constat ex Conciliorum to. 1.
pag. 521. vbi dicit

Philosophus Arianus:

[Postquam tantopere vim facitis veritati, quid dicemus
de hac manifesta sententia: *Dominus condidit me initium via-
rum suarum in opera sua*?]

Respon-

Responsio Sanctorum Episcoporum

**Per Eusebium Pamphilium Episcopum Cæsareæ
Palestinae:**

[De illo, *Dominus condidit me*, nunc dicemus, quod maiores nostri de illa diuina sententia, *Dominus condidit me*, multa quidem alia tradiderunt. & de dispensatione apparitionis Domini nostri Iesu Christi secundum carnem quomodo explicauerint, nostis omnino traditiones. Nos autem nunc cooperante Domino nostro Iesu Christo, ex alijs etiam historijs deceptionem faciemus.

Licetus:

Ex his apparet aperte, falso scribi à Lango, & à Ferchio, non facile reperiri aliquem Patrum, qui ante Concilij Nicani tempora explicauerit illud oraculum, *Dominus creauit me*, de Filio Dei ut homine; quum in Concilio contra Philosophum Arianum disputans Episcopus Eusebius Pamphili, nomine Concilij asserat, Maiores suos explicasse dictum, *Dominus creauit me*, de apparitione Domini secundum carnem; & id omnino notum fuisse Arianis. Subiungit autem idem Episcopus euidentibus testimonijs eiusdem Salomonis demonstrare, sententiam illam ab eo prolatam de Verbo incarnato. 93
Quibus non acquiescens Arianus obstinate persistit contradicens, & non admittens expositionem secundum doctrinam Patrum pag. 522.

Alia Philosophi Contradictio:

[At vero Salomonis Sapiaentia testatur Filium Dei esse, hoc est, Dei Sapiaentiam, quæ dixit: *Dominus condidit me*: & quæ sequuntur.

Licetus:

Licetus:

Et iterum euidenter in Concilio idem Episcopus coarguit opinionem Ariani Philosophi alijs dictis Salomonis; sed nihilominus in proposito suo perseverans Hæreticus ingeminat pag. 523. non accipiens explicationem Concilij

Phil. Arianus:

[Ne plurimis perseueres vt vim facias veritati & verborum arte, quasi nube obumbrare tentans non obscurum scripture sermonem. Sed nos ad manifestam scripturam, quæ tibi est proposita: & non fugias illud, *Domini condidit me, initium viarum suarum in opera sua. &c.*]

93

Responsio Episcoporum:

[Quum diu in via publica & regia, hoc est in Apostolica Fide permanseris; quomodo extra illam ferri sustines, vt semel sublatus te ipsum præcipites? quum ex profundo impietatis te circumstantis parum emerferis, quando ab hac sancta Synodo audiisti prophetiam magni, quasi digito, vt ita loquamur indicantis, ac dicentis, &c. (& mox) Quomodo iterum in profundum prauitatis Arii te ipsum conicis, aut potius demergis? Non enim ab eo superatus castra moueras, vt te ipsum implicares. Præfers, ô miser, Apostolicis dogmatibus verba blasphema, creaturam, & instrumentum Filium Dei appellans. Audi ergo à nobis, ô Philosophe, si tamen Philosophus es, & crede non ipsum Filium Dei esse Sapientiam creatam rationalem ab ipso Filio Dei, qui fecit terram, in habitabilia homini datam. Animum tuum conuerte, non ad odium respiciens, sed ad veritatem: Et ipsa veritas ducet te, atque agnosces Filium Dei Unigenitum non esse creaturam, sed ipsum creatorem, & opificem creaturarum naturarum. Sicut & ipse intellexisti, & intelliges, vt ego credidi, si saluari desideras.]

Licetus:

Licetus:

Ex his constat, Ferchium hanc probationem de Filio Dei creatura ex oraculo, *Dominus creavit me*, cum Lango suo defumere ab Arianis damnatis in Concilio Nicæno. Quod autem in proposito coacti fuerint explicare oraculum hoc Salomonis de Christi humanitate, non quidem Sancti Patres ab Arianis, ut per mendacium aiunt Langus, atque Ferchius; sed vicissim Ariani à Sanctis Patribus, evidens est ex ijs, quæ tandem Philosophus ille respiciens ait in eodem Concilio pag. 537. dicens

94

Arianus convictus à Patribus:

95

[Postquam ad sublimiorem intelligentiam me ducitis, afferentes oportere unam divinitatem cogitare, ac credere Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: Memini autem vos prius dixisse, Deum esse Patrem, Deum Filium, & Deum Spiritum Sanctum. Nunc autem dicitis unam esse Divinitatem trium perfectarum hypostasium, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, candidius precor has mihi sententias explicari.]

Licetus:

Quod quum præstitissent Patres; denique Philosophus Arianus victum se fatetur, & in hæc verba prorumpit

Arianus Philosophus:

96

[Ne cogiteris invertere me dogmata veritatis. Neque enim à principio disputantium reieci sermones vestros. Sed perscrutor sententiarum vestrarum significationes, ut fiat mihi manifestior atque dilucida eorum, quæ à vobis dicuntur; hypothesis.]

Licetus:

Licetus:

Cui quum satisfecissent abunde S. S. Patres de mysterio Trinitatis, Illico ponitur

*Concilium:***Caput, vbi credit Philosophus in Sanctam Trinitatem.**

[Quum hæc audisset Philosophus, & quasi raptus in Extasim, maxime obriguisset, eiusque cogitationes ipsum perturbarent, maguus timor in eum incidit. Deinde in seipsum reuersus clamauit valde, dicens: Gloria tibi, Deus, qui inspirasti his Sanctis tuis mysterium, quod omnem intellectum superat, immaculatę, immensę, & increatę Diuinitatis &c. Sed oro te, Christe, tanquam vndequaque boni Patris vndequaque bonum Filium, condona, quę impijs, adhuc Arii opinionibus seductus peccavi: nec panis grauer apud te iustum Iudicem, propter impia illa verba, quę aduersus te, miser protuli. Væ Ario, & eius impio cętui blasphemantibus aduersus Filium Dei, dicentibus: erat quandoque quando non erat, & quod creatura sic &c.]

Licetus:

Hæc historia Concilij coarguit aperte mendacij Langum; & Ferchium qui dicunt, ab Ariano Sanctos Patres Nicęnos ad angustias redactos, coactos fuisse Salomonis oraculum, *Dominus creauit me principium viarum suarum*, interpretari de Christo, vt homine. Ceterum id constat in tertia disputatione apertissime de alio Philosopho Ariano, vehementissimo disputatore contra Patres; de quo pag. 518. sic ait

Conci-

Concilium.

[Quidam insignis in arte Dialectica per dies singulos conflictus summi certaminis cum Episcopis nostris, viris adæque in dialectica non improbabiliter eruditis, mouebat & ciebat ingens spectaculum, conuenientibus ad audiendum doctis & literatis viris. Nec tamen vilo genere Philosophus concludi & quoquam poterat, aut constringi. Tanta enim dicendi arte obiectis quæstionibus occurrebat, vt vbi maxime putaretur adstrictus, velut anguis elaberetur. Sed vt ostenderet Deus, quia non in sermone Verbum Dei, sed in virtute consistit, quidam ex confessoribus simplicissimæ naturæ vir, & nihil aliud sciens nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum, inter ceteros auditores Episcopos aderat; qui quum videret Philosophum insultantem nostris, & callide se disputationis arte iactantem, poscit ab hominibus locum: velle se paucis cum Philosopho sermocinari. Tunc vero nostri, qui simplicitatem viri, & imperitiam de sermone duntaxat nossent, pauere, & velut pudorem quendam pati, ne forte apud callidos homines risui efficeretur sancta simplicitas. Perstitit tamen senior; & hinc mouit sermonis exordium. In nomine, inquit, Iesu Christi, Philosophæ, audi quæ vera sunt. Deus vnus est, qui fecit cælum & terram; quique homini, quem de terra formauerat, Spiritum dedit: Vniuersa, quæ videntur, & quæ non videntur, virtute Verbi sui creauit, & Spiritus sui Sanctificatione formauit. Hoc Verbum ac Sapientia, quem nos Filium dicimus, humanos miseratus errores, ex Virgine nascitur; & per passionem mortis à perpetua morte nos liberauit, ac resurrectione sua æternam nobis contulit vitam. Quem & expectamus Iudicem omnium. Credis hoc ita esse, ò Philosophæ? At ille, velut si nunquam vllum sermonem contradicendi didicisset, ita obstupefactus virtute dictorum, mutus ad omnia hoc solum potuit respondere: ita sibi videri, nec aliud verum esse, quam quod dixerat. Tum senior, si hæc, inquit, ita esse credis, surge, & sequere me ad Dominum, & huius Fidei signa,

cula suscipe . Et Philosophus conuersus ad discipulos suos , qui audiendi gratia conuenerant , Audite , inquit , o Eruditi viri : Donec verbis mecum gesta res est , verba verbis opposu ; & quæ dicebantur , dicendi arte subuerti : Vbi verò pro verbis virtus proeessit ex ore dicentis ; non potuerunt resistere verba virtuti , nec homo aduersari potuit Deo . Et ideo , si quis vestrum potuit in his quæ dicta sunt , sentire quæ sensu , credat Christo , & sequatur hunc senem , in quo locutus est Deus . Ita Philosophus Christianus effectus , tandem se graularus est victum . Hoc autem Philosopho baptizato , & Dei Ecclesiæ coniuncto , & quiescente , ac in Dei magnalibus exultante , Synodus gaudebat .]

Licet us:

Hanc eandem historiam legimus apud Ruffinum Ecclesiast. hist. lib. 10. cap. 3. Quomodo contra tam apertam historiam Concilii Nicæni Langus atque Ferchius mendaciam scribere voluerunt , dicentes ab Ariano Sanctissimos Patres Nicænos ad angustias redactos , & coactos fuisse Salomonis oraculum , *Dominus creauit me principium viarum suarum* , interpretari de Christo vt homine ; quum historia Concilii Fidem faciat euidentissimam , Arianos , etiam Philosophos dialecticos eruditissimos victos fuisse à simplici Episcopo Nicæno ; gloriarique Philosophum Arianum se victum esse , ac interpretationibus Nicænorū Patrum omnino subscripsisse . Vidit ne Langus atque

98 Ferchius loca ista celeberrima Concilii Nicæni , tam Arianorum Philosophorum disputantium cum Patribus congregatis , quam speciatim Athanasii disputantis cum ipso et Ario , an non ? si non viderunt , quomodo Ferchius audet laudare Langum tanquam valde versatum in lectione Patrum , qui non vidit hasce Patrum victorias de vehementissimis Ariano ? At si viderunt , quomodo tam aperto mendacio constituere non verentur , ab argumentis Arianorum Sanctos illos Patres ad angustias redactos , coactos fuisse referre dictum , *Dominus creauit me principium viarum suarum* , ad humanitatem Christi ?

Nonne clare cernitur oppositum evenisse ? nempe tum ipsummet omnium Arianorum Magistrum hæresiarcham Arium ab uno solo S. Athanasio ; tum plures Philosophos Arianorum Achilles ab Episcopis , Eusebio Pamphili , nec non ab humili simplicique Confessore , inter Episcopos minimo , fuisse redactos ad angustias , & coactos confiteri veritatem interpretationis oraculi , *Dominus creavit me* , de humanitate Christi ? Sin autem hunc Athanasij , Concilijque locum geminum viderunt , & illas dissimulauerunt historias Ecclesiasticas ; iam eorum disputationis finis est , non docere veritatem , sed fallere simplices , vtriusque placita legentes . Vt cumque sit , ò Ferchi , si Arius ipsemet ab Athanasij veritate coactus , & ò Lange , si Philosophi Achilles à Deo pariter , per ora Patrum loquente , coacti sunt fareri se victos , & argumenta sua , ducta ex oraculo Salomonis , *Dominus creavit me* , recte soluta fuisse , tam ab Athanasio , quam ab alijs Episcopis , qui non de diuinitate Verbi ; sed intelligendam esse scripturam allatam plane demonstrauerunt ex eodem Salomone de corpore Christi , quod vere creatum fuit à Domino Deo , de Virgineo sanguine , sine concursu virili , principium omnium prædestinatorum , de quo scriptum est in capite libri prædestinationis , ut ait David psal. 39. Quomodo vos nunc Arianam crambem recoctam Fidelibus proponere non veremini ? Quomodo vos post Arium , & insignes Arianos philosophos non respiscitis , ut illi , complectentes in hoc oraculo veram Athanasij , Nicænorumque Patrum aliorum , & maiorum ante Concilij Nicæni tempora degentium Orthodoxorum doctrinam ; sed obstinatis animis retinere vultis Arianam interpretationem antiquam huius oraculi , ab Ario , Arianisque Philosophis eruditionibus respiscentibus , conuictisque rejectam ? Si tibi , Ferchi , Magister fuit hæreticus ille Langus Arianizans in proposito ; sit Arius ipse , nec non geminus Philosophus Arianus , respiscentes , tibi bonum exemplum in abiurando falso , & hæretico Scripturæ sensu , iam ab omnibus Nicæni Concilij Patribus , & ab illorum Maioribus orthodoxis improbato ; & in accipiendo vero & catholico Scripturæ intellectu , per Athanasium , & omnes

99

100

Concilij Patres, pie simul & docte de sola Christi humanitate
 Fidelibus explicato. Abiice falsam, & mendacem, Ferchii,
 doctrinam. hæretici Langi de Patribus Nicænis ad angustias
 redactis ab Arianorum pernicaci syllogismo, & coactis inter-
 pretari scripturâ de corpore Christi; quam tu, cum Arianis
 hæresi detentis, præferre non dubitas ad Verbi diuinitatem. Sed
 101 quid falsam & mendacem doctrinam Langi, dico, quam Fer-
 chius hic laudat, & profiteretur? Blasphemia proferos est in Spi-
 ritum Sanctum, quæ nec in hoc, nec in futuro sæculo remitte-
 tur illis. Dicane mihi Langus, atque Ferchius, Putant ne de-
 creta Patrum Concilij Nicæni, & eorum interpretationes ha-
 bitas aduersus Arium & Arianos de diuina scriptura cunctas,
 & speciatim de Salomonis oraculo, *Dominus creauit me princi-
 pium viarum suarum*, fuisse cum assistentia, & inspiratione Spi-
 ritus Sancti, semper in illo Concilio loquentis per ora Pa-
 trum, an non? Si dicat Ferchius, Nicænos Patres humanitus
 ex se locutos, & absque Sancti Spiritus assistentia, reuelatio-
 neque Scripturas interpretatos, contradicentem habet non
 solum S. Athanasium, qui fatetur se à Domino habuisse scrip-
 turarum interpretationem contra blasphemias Arii, sicut a-
 ntea visum est; sed etiam vel Arianum ipsam Philosophum, qui
 testatur se victum à Deo loquente veritatem per os Episcopi
 102 catholici in Concilio Nicæno simplicissimi. Quia & S. Ambro-
 sius lib. 1. de Fide cap. 9. ait de Nicæni Concilij Patribus Aria-
 nos damnantibus: *Accepisti, Sancte Imperator, eos qui talia as-
 serunt, iure damnatos, non humana industria, non compositione ali-
 qua, sed trecenti decem & octo, vt supra dixi, ad Concilium con-
 uenerunt. Sed vt in numero eorum per signum sue passionis & no-
 minis dominus Iesus suo probaret se adesse Concilio, Crux in trecen-
 103 tis, Iesu nomen in decem & octo est sacerdotibus. Hoc & in Ari-
 minensi Concilio habuit prima confessio: & post Ariminense Conci-
 lium secunda correctio. Confessionem epistola ad Imperatorem Con-
 stantinum missa testatur. Correctionem secuta concilia consentunt.*
 Sic ergo S. Ambrosius ostendit, Patres Nicænos in interpreta-
 tione Scripturarum, non ex se locutos, sed afflatu Spiritus
 sancti, ac Domini Iesu Christi. Denique verò, quid alia tes-
 timo.

stimonia: quæro? Non ne recipit hic à Lango Ferchius, Pa- 103
tres illos Nicænos fuisse Sanctos? Illi verò non aliter Sancti
fuere, nisi quia repleti Spiritu Sancto Catholicam doctrinam
ferebant, arque iuebantur aduersus hereses in concilio, præ-
fertim aduersus Ariamam, quæ ponit Filium in diuinis esse
primam creaturam. Itaque concilii Nicæni Sancti Patres illi
quæcunque contra blasphemias Arianas attulerunt, inspirati
Sancto Spiritu diuinitus enunciauerunt. Quod si recipit Fer-
chius, vt omnes orthodoxi recipiunt, & ipse cum catholicis
recipere debet; iam necessario constat Nicænorum Patrum
sanctiones omnes, & interpretationes diuinarum scripturarum,
esse Sancti Spiritus oracula. Quomodo nunc igitur audet cum
hæretico suo Lango dicere Veglia, Spiritum Sanctum Deum,
per ora Sanctorum Patrum in Concilio Nicæno locutum, &
linguas eorum eo tempore gubernantem ab Ariatorum impiis
argumentis ad eas angustias redactum fuisse, vt coactus fuerit
oraculum Salomonis, *Dominus creauit me principium viarum sua-
rum*, ad humanitatem Christi referre? Non ne prorsus est hoc
in Spiritum Sanctum blasphemare? Ita sane, sicuti mentitus
est, non homini, sed Deo & Spiritui Sancto dudum, Act. 5. 104
Ananias, qui beato Petro mentitus, non homini, sed Deo,
retinens sibi partem pretii prædiorum suorum, iam oblatum
Apostolorum Principi, Spiritus Sancti gratia virtuteque reple-
to; ita sibi Ferchius metuere debet à fulminante Christi ma-
ledictione. Num? eum latent minæ Domini? Matth. 12.
Màrci 3. Lucæ 12. *Amen amen dico vobis, Quoniam omnia di-
mittentur Filijs hominum, & blasphemia, quibus blasphemauerint.*
*Qui autem blasphemauerit in Spiritum Sanctum, non habebit remis-
sionem in aeternum, sed reus erit aeterni delicti. Ideo dico vobis,*
*omne peccatum & blasphemia remittitur hominibus, Spiritus blas-
phemia non remittetur. Et quicumque dixerit Verbum contra Fi-
lium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum
sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro.*
Da gloriam Deo, Ferchi, venerare veritatem, & virtutem San-
cti Spiritus in doctrina & verbis Sanctorum Patrum in Concilio
Nicæno blasphemias Arianas condemnantium; nec amplius

cum hæretico Lango, cuius opera proscripta sunt à Tridentino Concilio, blasphemare pergas in Spiritum Sanctum, asserens aperto diroque mendacio, supra satis detecto, Sanctos Patres Nicæni Concilij redactos ab argumentis Arianorum ad eas angustias, ut coacti fuerint interpretari, *Dominus creavit me*, de Christi humanitate; quum istam interpretationem per eos loquens ediderit Spiritus Sanctus; qui non nisi per blasphemiam dici potest ad angustias redactus, & coactus esse fari, quæ vera non sint, ab Arianorum argumentis.

Explicatur idem oraculum, Dominus creavit me, à S. Ambrosio; contra sensum Arianorum, & Ferchij, de humanitate Christi.

Cap. X.

Verum enim vero propositum Salomonis Oraculum, *Dominus creavit me, principium viarum suarum*; quo tantopere nitentur Ariani, putantes eo demonstrari, Filium esse primam omnium creaturarum, longe secus ac Ariani, & post eos Ferchius, explicat contra illorum sensum ita lib. 1. de Fide cap. 7. scribens

S. Ambrosius:

105 [Faceſſat igitur & illud, de quo calumniari ſolent; & diſcant; quemadmodum dictum eſt, *Dominus creavit me*. Non dixit: Pater creavit me, ſed Dominus creavit me. Caro Dominum agnoſcit. Gloria Patrem ſignificat: Creatura noſtra Dominum confitetur: Claritas Patrem nouit. Itaque quis ignorat, quia ob cauſam incorporationis hoc dicitur? In eo igitur ſe creatum dicit, in quo & hominem teſtificatur, dicens Ioan 2. quid me quæritis occidere hominem? in quo & crucifixus, & mortuus, & ſepultus eſt. Nec dubitandum, quod præteritumpoſuit, quod erat futurum. Hæc enim conſuetudo

do est prophetiæ, vt quæ futura sunt, vel quasi præsentia .
vel quasi facta dicantur . Denique psal. 21. legisti : *Diuiserunt
sibi vestimenta mea* : quod Euangelista de tempore passionis
prophetatum esse significauit . Deo enim quæ sunt futura ,
præsentia sunt ; & ei, cui præcognita sunt omnia, ventura per-
fecta sunt, sicut scriptum est Isai. 45. *Qui fecit, quæ ventura sunt.*]

Licetus:

Ita S. Ambrosius diruit maximum Arianorum, & Ferchij
fundamentum, quo confirmare conantur, sed irrito conatu,
Ex illa scriptura Prou. 8. *Dominus creauit me, principium via-
rum suarum*, Filium in diuinis esse creatum, & omnino esse
primam creaturam . Remouet enim S. Ambrosius hoc oracu-
lum à Diuinitate Filij, qui Dominum non habet in Trinita-
te, sed Patrem Deum . Dicitur id ostendens fuisse pronu-
ciatum de Christi humanitate; quæ Deum agnoscit suum Do-
minum, & creatorem . Quod verò dicitur humanitas Christi
creata esse principium viarum Dei, hoc referendum est ad
eius prædestinationem, vt illico monet S. Ambrosius, & lo-
quitur Colof. 1. dicens Apostolus Christum esse, *in quo ha-
bemus redemptionem, & remissionem peccatorum . Et in quo est
caput corporis Ecclesie: qui est principium, & primogenitus ex mor-
tuis; vt sit in omnibus ipse primatum tenens: Quia in ipso compla-
cuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare: & per eum recon-
ciliare omnia in ipsum pacificans per sanguinem corporis eius, siue
quæ in caelis, siue quæ in terris sunt.* Qua ratione recte, planeque
declaratur humanitas Christi fuisse creata principium viarum
Dei; contra blasphemiam Arianorum, & sensum Ferchij de
diuinitate Filij prima creatura.



Aliud

Aliud Ferchij dogma, quo ponit in Deo creationem Filij, ab Ario desumptum, proscindit S. Athanasius.

Cap. XI.

Iam satis egimus de Ferchij dogmate, ponentis cum Ariani, Filium quoad sui diuinitatem esse primam creaturam. Nunc ad alia dogmata Ferchij veniamus, quibus itidem cum Ario communicat. Sane aliud est peculiare, quo ponit in Deo passiuam creationem, vt & in creaturis, dicens 1. defens. n. 28. pag. 34.

Ferchius:

„ Creatio theologice est productio entis ex aliquo principio
 „ præsupposito, & inexistente ipsi producto. Et genus crea-
 „ tionis est productio. Extenditurque creatio & ad intra in
 „ Deo, & ad extra in creaturis. Ad intra, Sapientia primo-
 „ genita ante omnem creaturam in Ecclesiast. 24. de se loqui-
 „ tur: *Ab initio, & ante secula creata sum.* & cum 70. Inter-
 „ pretib. *Dominus creauit me principium viarum suarum.*

Licetus:

Hic non vnum habemus cum Ario consensum; sed prior ille consideretur, quo Ferchius in Deo ponit creationem passiuam, qua Filius producitur; vt & ad extra in creaturis, qua cetera procreantur. Hanc autem positionem ab Ario delumpisse Ferchium, aperte constat ex Athanasio cum Ario disputante; quæ de proposito disputatio legitur to. 1. pag. 120. D. vbi scribit

S. Athanasius:

107 [Age igitur, dic ingenue quid sentias, & quam hic sententiam

tiam vt rectam , amplectaris . *Arius* : Dominus creauit me ? Ego illud , creauit , accipio , ac si , genuit me , locutus fuisset . *Athanasius* : Si igitur genitus est , certum est eum non creatum fuisse ; contra , si creatus est , genitus non fuerit . *Arius* : Tu non intelligis vim illius dicti . *Athanasius* : Ne graueris me sustinere , donec intelligam , quælo . *Arius* : Ne passio aliqua pariendi intelligeretur , dictum est ; Dominus creauit me . In Deo enim creare idem est quod gignere .]

Licetus : Creationem quidem adiuuam à Deo esse , Catholici recte fatentur omnes . At vero creationem passiuam in Deo esse ad intra , vt in creaturis ad extra , nemo præter Arium , & Ferchium vnquam dixit , qui communicant in eodem dogmate . Sed contra Ferchium non minus , quam aduersus Arium , in Deo non esse creationem ostendunt Sancti Doctores , Athanasius , & Augustinus . Et quidem disputans de Trinitate cum Anonymo hæretico , to. 2. pag. 165. sic ait

S. Athanasius:

108

[*Orthodoxus* : Mens nobis indita , quæ ad imaginem Dei facta est , nonne est compositionis experta ? & tamen aliter gignit sermonem : aliter autem condit , quæ condit . *Anonymus* : Quinam aliter gignit , aliter condit ? certe per quæ condit mens , etiam gignit . *Orthodoxus* : Falsum narras . Gignit enim ex se sermonem ; condit autem ex materia domum , nauem , & quæcunque sunt eiusmodi . *Anonymus* : Num igitur eadem Deus condit ex materia ? *Orthodoxus* : Quædam ex materia ; quædam rursus , quum non essent , fecit vt existerent . *Anonymus* : Quomodo ? *Orthodoxus* : Materiam & cælos , & Angelus , ex nihilo , fecit vt ex nihilo existerent . Voluntas autem concurrentem potestatem nata , fecit vt existeret quidquid libuit ; mortalia vero animantia ex materia condidit . *Anonymus* : Hoc admitto .]

1

Licetus:

Licetus:

Sic igitur Athanasius à Deo nullam ait provenire creaturam, nisi vel ex nihilo, vel ex materia præexistente, concurrente cum diuina voluntate; necessario colligendum est, in Deo nullam esse creationem: nec illam, quæ fit ex materia, quia in Deo nulla est materia: nec illam, quæ fit ex nihilo, quia nulla productio celebratur in Deo ex nihilo. Præterea omnem creationem ait hic Athanasius esse voluntatis ad libitum operantis operationem. Sed nihil in Deo producitur ad libitum suæ voluntatis indifferentis. Nam Filium generat Pater per actum intellectus naturaliter: & Spiritum Sanctum producit cum Filio Pater per actum voluntatis, non arbitrium ad libitum, sed essentialem determinatum immutabili relatione intrinseca; quum ad arbitrium suæ voluntatis indifferentis proprie creet, aut non condat veras creaturas ad extra. Quare sensum Arii, Ferchijque S. Athanasius aperte respuit, negans in Deo reperiri proprie dictam creationem. Id ipsum nos edocet, aduersus Felicianum hæreticum Arianum disputans. to. 6. pag. 252. K. definiensque creationem generatam ita, consentiens Athanasio.

S. Augustinus:

[Creatura namque est, ex eo quod adhuc non est, aut aliquando non fuit, rei cuiuslibet corruptibilis, quantum in se est, Patris omnipotentis Dei voluntate facta substantia.]

Licetus:

Quum igitur Augustinus creaturam generatam sumptam definiat, diuidens in eam, quæ condita est ex nihilo: & eam, quæ creata est ex materia; certò certius est in Deo nullam omnino poni creationem propriam S. Augustino; quia in Deo nulla materia est, neque producitur aliquid ex nihilo. Deinde

statuit

statuit D. Augustinus, omnem creaturam à Deo productam, 111
 esse de sua natura corruptibile; quum certum sit, nihil in Deo
 esse corruptibile; iam ex D. Augustino constituendum est, in
 Deo nullam edi proprie creationem. Deinceps D. Augustinus 112
 asserens omnem creaturam esse substantiam factam voluntate
 Dei Patris omnipotentis; quum in Deo nulla sit alia produ-
 ctio, quam Filij, & Spiritus Sancti; quorum neuter factus dici
 potest; speciatimque Filius producat per actum intellectus
 paterni, non autem per actum voluntatis: & Spiritus Sanctus
 in diuinis producat per actum voluntatis, non sub ratione
 Omnipotentis imperiosè, sed sub ratione diligentis; aperte
 nos docet S. Ecclesie Doctor, in Deo nullam esse proprie crea-
 tionem, contra sensum Arii pariter atque Ferchij.

*Generationem Filij Dei ad intra prorsus idem esse cum creatione
 proprie dicta, ponunt Arius, & Ferchius alio suo dogmate: ne-
 gant Athanasius, & alij Sancti Patres.*

Cap. XII.

Ceterum in Epistola sua de productione Filij Dei ad Baldum,
 pag. 57. & seqq. cū Ario Generationem æterni Verbi con-
 stituit identificari cum proprie dicta creatione, dicens expres-
 sis verbis

Ferchius:

- „ Dicitio Creationis applicatur Filio Dei, qui est Sapientia
 - „ creata, genita, componens omnia Prou. 8. Primogenita,
 - „ factrix cœli, & cœlestium luminum, permanens, Ecclesiastic.
 - „ 24. Sapientia æterna Deus est, eademque & creata, & ge-
 - „ nita est ab æterno. D. Thom. 1. p. qu. 41. ar. 3. ad 4.
 - „ Dicitur ergo Filius simul creatus, & genitus. Non multę sunt
 - „ productiones Filij à parte rei, sed vnica: quę & generatio,
- I 3
- & crea-

211 „ & creatio, & conceptio, & parturitio, & ordinatio, alijs
 „ que vocabilis indicari potest. (& infra pag. 87. addit) Nam
 „ ipsa Generatio Filij ex intentione diuinarum paginarum
 „ vocatur creatio.

Licetus:

Hanc opinionem non distinguentem Filij generationem a
 213 creatione, Ferchius hausit ab Ario. Nam ipsemet id confi-
 tetur, eiusdem epistola pag. 38.

Ferchius:

„ Arius volebat Filium esse productam, esse genitum, esse
 „ creatum de nihilo.

Licetus:

Et in opere contra Aduersarium Legis, & Prophetarum in-
 scripto, cap. 23. id ipsum dicit de Arianis.

S. Augustinus:

„ Olim in Ecclesia Dei tantus conflicus aduersus Arianos
 „ fuit excitatus, ut Unigenitum Filium dicerent esse creaturam,
 „ idem putantes esse creatum quod genitum.]

Licetus:

Deinceps in Concilio Nicæno cum Ario disputauit, ut
 „ visum est antea.

S. Athanasius:

„ Age igitur, dic ingenue quid sentias, & quam hic senten-
 „ tiam, ut rectam amplectaris? Arius: Dominus creauit me.
 „ Ego.

Ego illud creavit, accipio, ac si genuit me locutus fuisset.
(& mox) In Deo enim creare idem est quod gignere.]

Licetus:

Igitur Arius pro eodem sumit in Deo, generationem Filij
& creationem. Sed hanc positionem Arii & Ferchij non se-
mel refellit, & primo statim addens

S. Athanasius:

[Si igitur genitus est, certum est eum non creatum fuisse:
contra, si conditus est, creatus non fuerit. Arius: Tu non in-
telligis vim illius dicti: Athanasius: Ne graueris me sustinere,
donec intelligam, quaeso. Arius: Ne passio aliqua pariendi
intelligeretur, dictum est, Dominus creauit me. In Deo enim
creare idem est quod gignere.]

Licetus:

Nonne ipsissima haec est Ferchij positio? Hanc primo statim
confutat asserens

S. Athanasius:

[Si ergo in Deo creare, & gignere idem est, igitur omnis
creatura est Filius Dei. Quod si concedimus, Dominus om-
nibus rebus frater erit, quae per ipsu (vt tu ais) creatae sunt.
Vbi ergo nunc illud est, quod Vnigenitus Dei appellatur?
Arius: Illud, quod Vnigenitus dicitur, referendum est ad,
quod ceteris eximus, supremus, & maximus s r. Athanasius:
Non ne tibi maximum videtur caelum? Arius: Admodum.
Athanasius: Ergo & illud, secundum te, Filius erit: terraque,
& Oceani, marisque Aque, filiae nominandae erunt. Arius: Absit:
vnum enim tantummodo Filium Deus fecit.]

Licetus:

Licetus:

- 116 Sed ista theologia S. Athanasij, maxime tuam sententiam evertit, ò Ferchi; qua tuarum Observac. pag. 9. constituis ex æquo Spiritum sanctum, & Filium ad intra creari. Sic enim
- 117 tibi Filius non erit Unigenitus in diuinis, sed fratrem habebit Spiritum sanctum. Immo si creatio competit uniuoce Filio ad intra, & ceteris ad extra; qui creationem à te definitam vnica definitione, dicis i. defen. n. 28. extendi & ad intra in Deo, & ad extra in creaturis: creationemque Filii, ponis esse generationem: vt euitare non potes argumentum Athanasij; sic Arii responsum afferre non vales; quia Spiritus Sanctus in Trinitate non minoris est Maiestatis & gloriæ, quam sic ipse Filius; vt ait Athanasius in Symbolo. Deinde vero in Oratione tertia contra Arianos ait

S. Athanasius:

- 118 [Quid autem inter se discriminis habeant, genitum, & creatum esse, in Superioribus ostensum est (& in fine orationis eiusdem addit.) Illud autem, quod in Prouerbiis habetur,
- 119 & reliqua prius dicta, commonstrant Filium non esse ex sua substantia & natura rem creatitiam, sed propriam stirpem Patris, Sapientiam, & Verbum verum, per quod omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil.]

Licetus:

Quis non videt hic, ab Athanasio contra Ferchium & Arium decerni, generationem Filii à creatione distingui? Sed hoc ipsum disputans cum Ariano Macedonio, sic ostendit eo. 2. pag. 276.

S. Athanasius:

- 120 [Est autem tibi præceptum, vt credas, Filium gigni, Spiritum

ritum Sanctum procedere : reliqua vero omnia , cælum , terram , mare , & quæ in illis sunt , siue rationalia , siue uero irrationalia , creaturæ sunt , secundum Dei ipsius mandatum conditæ ; quia psal. 32. *Ipse dixit , & facta sunt : ipse mandauit , & creata sunt.*]

Licetus:

Et hic aperte discriminat Athanasius generationem Filij à creatione . Quia & in Questionibus ad Antiochum to. 2. pag. 332. B. addit

S. Athanasius:

[Pater enim & Deus , non ut ego , qui creatura sum , est Pater , qui ut ego , genuerit creatum Filium.]

Licetus:

Si Deus Pater non generat creatum Filium ; iam Filij Dei generatio male dicitur creatio , tam à Ferchio , quam ab Ario . Sed & in expositione Fidei to. 1. pag. 241. & seq. contradi-
tinguit generationem Filij à creatione dicens

S. Athanasius:

[Ceterum absit , ut opinemur conditum aliquid esse , aut creatum , aut ex nihilo prodijisse creatorem omnium Deum , eundemque Dei Filium , existentem ab existente , & unicum ex unico ; cui ut ab æterno ex Patre genito par gloria , & potestas . *Quisquis enim vidit Filium , vidit & Patrem :* Ioan. 14. *Aliquet enim omnia à Filio creata esse , sed Filium nequaquam creaturam esse : ut Paulus Rom. 11. de Domino locutus est ; In eo scilicet creata sunt omnia : Vbi non dixit , cum ante omnia creatum fuisse.*]

Licetus:

Licetus:

Sicut his Athanasij dictis aperte contradicit lib. 2. suæ de-
fens. pag. 254. affectos

Ferchius:

Si loquamur de rebus creatis, prima rerum creatarum est
Sapientia Dei primogenita.

Licetus:

123 Sed redeamus ad Athanasium ista refellentem: & genera-
tionem Filij in Trinitate contra distinguentem a creatione.
Subiungit enim illico D. Pauli sententiam de Filio explicans

S. Athanasius:

[Sed eum ante omnia existere: Verbum certe, creationis,
de omnibus dictum est: esse autem ante omnia, soli Filio con-
gruit, & adaptabile est. Genitum igitur quiddam secundum
naturam, & perfectum ex perfecto existit, ante colles natus,
hoc est ante omnem substantiam rationalem, ac intellectu-
lem, ut Colos. 1. dicit cum Paulus, Primogenitum om-
124 nis creaturæ. Verum quum illum primogenitum dicit,
non esse creatum ostendit, sed factum Patris. Peregrinum
enim est, & alienum à Trinitate, si dicatur creatura, quoniam
125 omnia creata sunt à Patre per Filium: & solus Filius à Patre
genitus ab æterno est. Ideoque primogenitus est omnis crea-
turæ Deus Verbum, immutabilis ex immutabili. Ipsum au-
tem corpus, quod propter nos gestavit, creatum censendum
est.]

Licetus:

Ex quibus, qui non videt, apertissime S. Athanasium mul-
tiplici ratione demonstrare Filij generationem æternam non
esse

esse creationem, Filiumque prorsus abesse ab omnibus creaturis, omni talpa cæcior est. Sed & in vestibulo quartę orationis to. 1. pag. 454. D. scribit.

S. Athanasius:

[Ipse Filius Patris est fortitudo, & Sapiencia: ac res quidem conditæ, eius participatu in Spiritu sanctificatur; quum tamen ipse, qui Filius est, non istiusmodi communicatu Filii efficiatur, sed genitura.] 126

Licetus:

Qui non videt hic Athanasium discriminare generationem Filij ab omni creatione rerum conditarum absolute, dubio procul omni surdior aspide sibi ipsi obturat aures, nedum cæca, ut olim Vlysses ad Syrenum cantus, sed cauda proprię obstinationis ad mysticum Incantatorem, sanctam doctrinam fidelibus occinentem. Quomodo Ferchius extendit creationem ad Filium, & ad creaturas? Amplius ait to. 1. pag. 911. B.

S. Athanasius: 127

[Non æquum est, id quod creaturis competit, Filium appellare, ne blasphemiam cum pietate videamur miscere; oportuitque nos illum vel non connumerare cum rebus creatis: vel non indigna, & incongrua de Filio scribere. Si enim Filius est, creatura non fuerit; aut si creatura est, Filius nunquam haberi poterit.]

Licetus:

Quum creaturarum productio sit proprie creatio; Filii vero productio sit generatio; dum S. Athanasius hic asserit, blasphemiam esse, Filium dicere creaturam, & annumerare ipsum cum creaturis: cur Ferchius ait, generationem Filij

esse creationem? cur Filium annumerat cum creaturis, cum
 rebus creatis. l. 2. defens. pag. 251. Ceterum etiam ait to.
 128. l. pag. 427. B. in orat. 3.

S. Athanasius:

[Non igitur creatura Filius haberi poterit? Si enim crea-
 tura esset, nunquam dixisset, genuit me. Nam creaturæ nihil
 ex essentia creatoris habent; quippe quæ duntaxat sint opera
 externa creatoris. Verum genitum esse, non extraneum quid-
 dam, quale opus est, denotat; sed quiddam proprium, quod
 ex substantia Patris emerit. Ideoque hæc opera nimirum
 inter res creatas numeres; Verbum autem, Dei unigenitum
 esse censeas.]

Licetus:

His clare S. Athanasius ponit hoc discrimen inter genera-
 tionem, & creationem; quod generatio Filii est productio ex
 interna substantia Patris; creatio vero est productio creatu-
 ræ non ex substantia creatoris. Quare generatio Filii non po-
 test esse, neque dici creatio. Præterea scribit in Symbolo Fidei.

S. Athanasius:

[Filius à Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus.]

Licetus:

Quis non videt hic Athanasium constituere generationem
 Filii non esse creationem? Quæ Ferchius affert, vt hunc no-
 dum solueret, opusculo suo de productione Filii Dei ad in-
 tra, pag. 71. docti viri, piique videre, & vident. Sed vlti-
 rius in decretis Nicænæ Synodi contra Arianos, hæc habet in
 proposito to. 1. pag. 281. B.

S. Athanasius :

[Quis enim rectæ sanæque mentis hic non videt, omnia que ¹³⁰ creata sunt, & conficiuntur, aliunde quam ex natura creaturis autorisque existere? Filium contra, vt superius demonstrauius, non aliunde quam ex Patre generante originem trahere?]

Licetus:

Quomodo S. Athanasius hic Ferchio Filij generationem ab omni creatione proprie, ab omnium creaturarum productione non distinguit aperte? sed mox addit

S. Athanasius:

[Igitur si Christus est Filius, creatura certe nunquam fuerit. Multum enim est inter ista discrimen: Neque potest idem & Filius esse, & creatura; ne simul ex Deo, & ex alio illius substantia comparata intelligatur.] ¹³¹

Licetus:

Non ne contradicit hic Ferchio S. Athanasius asseueranti, Filij generationem esse proprie creationem? Filium esse creaturam, proprieque creatum, vt Adam, & alia quæcunque creatura sensibilis? Denique (vt alia quam plurima præteream in proposito S. viri dogmata similia) scribit in orat. 3. pag. 441. C. D. to. 1.

S. Athanasius:

[Neque item dixit, ante opera creauit me; vt est genitum ¹³² quiddam ante omnia, ita quoque creatum ante omnia opera, nihil discriminis statuere crederetur inter gigni, & creari, sed cum summa cautione locutus est, ad opera creauit me;

quod idem est, ac si dixisset: Pater me ad carnem fecit, auctorque fuit, ut homo fierem. Ut rursus isthinc demonstrari possit, illum non esse opus, sed genitum quiddam. Ut enim is, qui ingreditur ades, non est pars aliqua ædium, sed diuersum quiddam ab ædibus; ita quoque qui ad opera creatur, alius natura fuerit, quam opera.]

Licetus:

His euidenter Athanasius ponens Filium non esse creaturam: & generationem Filij non esse proprie creationem, contradicit opposita ponentibus ex æquo Ferchio pariter & Ario; quibus generatio Filij dicitur creatio, & Filius creatura. Sed ad alios Sanctos Patres iam veniamus, idem Ferchij placitum improbant.

Idem dogma Ferchij, & Arianorum, non contradistinguentium generationem Filij à creatione, proscinditur à S. Epiphanio.

Cap. XIII.

Verum non ab Athanasio solo, sed etiam ab Epiphanio reprobatur Arianorum & Ferchij dogma, non distinguens æternam generationem Filij à creatione. Dicit enim lib. 2. to. 2. pag. 233.

S. Epiphanius:

[Dicunt itaque Ariani, Confitemur, genitum Filium ex Patre, & non negamus: sed oportet nos etiam creaturam, & facturam confiteri. Nihil est stolidius. Omne enim creatum non simile est genito: neque genitum simile est creato, maxime ad illam puram & perfectam essentiam. Omnia enim à Deo creata sunt; solus vero Filius Dei genitus est; & solus Spiritus Sanctus ex Patre

Patre processit, & ex Filio accepit; reliqua vero omnia sunt creata; & neque progressa ex Patre processerunt, neque ex Filio acceperunt; sed ex plenitudine Filij, veluti scriptum est, psal. 37. 7. Verbo enim Dei omnia firmata sunt: & Spiritu oris eius omnis virtus ipsorum. J

Licetus:

His evidentissime S. Epiphanius opinionem Ferchij dicentis Filium esse creatum ex Patre, Filijque generationem esse creationem, suggillat velut Arianam, & stolidissimam, quæ non agnoscit in eo differre generationem à creatione, Filiumque à creatura, quod generatio est Filij de substantia Patris generantis: & creatio est productio creaturæ non de substantia creantis; quodque solus Filius in diuinis genitus est; solus Spiritus Sanctus est procedens à Patre, & accipiens de Filio: reliqua vero cuncta sunt à Deo creata. Ferchius autem, & contra, Filium, & Spiritum Sanctum numerat inter creaturas in eodem genere, sub eadem omnino definitione, ab se proposita 1. def. n. 28. 2. defen. n. 97. 98. & epist. ab Bald. pag. 34. 35. 36. & 46. Deinde vero S. Epiphanius admonet, Arianos in eo quod dixerint Filium esse creaturam, se excusare, stantes esse creaturam abusive, non sicut vnã ex creaturis. Quam excusationem nituntur pluribus scripturæ testimonijs firmare; Sed eam non recipiens, aperte damnat ita

S. Epiphanius:

[Fuge malam hanc opinionem, ac calliditatem: ne detur Dominus vt aliquis Filius Veritatis tali ironia subducatur, quo per eiusmodi argumenta etiam creaturæ nomen in Filium Dei suscipere persuadeatur, atque sic confiteri.]

Licetus:

Licetus:

135 Quid, obsecro, diceret iste Sanctus vir de opinione Ferchii, ponentis Filium esse proprie creaturam, similiter ac alia qualibet creatura, etiam vilissima? talia enim ponit 1. defen. n. 28. & 2. defen. n. 97. 98. & 102. & epist. Bald. pag. 35. 36. 46. Ceterum addit inferens lib. 2. contra Aetium Arienum

S. Epiphanius:

136 [Confiteris autem, o Aeti, Filium ex Patre genitum esse, per simulationem, & non ex veritate. Omne enim genitum non est creatum: & creatum non est genitum.]

Licetus:

His apertè vir sanctus ait distingui creatum à genito, generationem à creatione: nullumque genitum, formaliter in eo quod genitum est, esse creatum; nullumque creatum, quia creatum est, formaliter esse genitum, contra Ferchium non minus, quam aduersus Aetium Arienum. Sed & contra ceteros Arianos de proposito subiungit subtiliter

S. Epiphanius:

137 [Si vero genitum est creatum, iuxta alium modum creatum est, velut ut verbi gratia dicamus, homines gignunt homines, sed non creant: hi vero superno ex Deo sunt creati. Quapropter qui ab ipsis quidem parentibus hominibus gignuntur, geniti sunt; à Deo vero omnia creata sunt. Quum autem sic Deus increatus, genuerit autem sibi ipsi Filium, & non creauerit, non aliud gignit à sua essentia. Quomodo igitur genimen ex ipso erit creatura, quum Pater increatus sit? Si verò creatum apud ipsum est genimen, non amplius genimen vocatur. Et multa sunt, quæ aduersus eiusmodi absurdam opinionem dici possunt.]

Licetus:

Licetus:

Hic absurdam opinionem Arianorum, & Ferchii, suggillat Epiphanius, non distinguendum generationem à creatione, potissimum in Filio Dei; quum generatio à creatione plane distinguatur in ortu Filiorum hominum. Enim vero quæ creantur in hominibus, à Deo creantur; quæ vero gignuntur, à parentibus generantur. Etenim si consideremus ortum hominis Abel; is quoad corpus genitus est ex substantia parentis Adam, sibi participata, communicataue naturaliter; at si consideremus eum quoad animam rationalem, & quoad existentiam; is creatus est proprie, non à parentibus, sed à Deo, qui creauit eius animam, & eius existentiam: vt abunde probauimus ex D. Thoma, 1. p. q. 90. ar. 2. ad 3. in *Septimo* — *Questis* cap. 24. Quum autem in Trinitate Filius animam non habuerit, & coexistens cum Patre suo, non obtineat ab illo, nisi essentiam & rationem personæ; vna cum relatione spirationis actiue; propterea non potest dici proprie creatus à Patre, sed solum genitus. Vnde generatio Filii non est, neque dici potest creatio in diuinis, ex Epiphanio. Ceterum subiungit mox aduersus Arianos, atque Ferchium:

S. Epiphanius:

[Genitum autem Filium non negamus. Neque enim, nisi Filium genitum decreuerimus, ex Deo Patre essentiam habere negare poterimus; genito enim modo genuit, & non creauit.]

Licetus:

His non modo S. Epiphanius negat generationem Filii ad intra esse creationem; sed etiam fatetur Filium per eam generationem à Patre habere suam essentiam, nō autē creatā existentia. Sic ergo S. Epiphanius contradistinguit generationem Filii, quæ terminatur ad rationem personæ, à creatione, quæ terminare

minare potest existentiam; quam Filius habet interminatā; proindeque creatus esse non potest, dici non debuit à Ferchio, nec ab Arianis.

Eadem distinctio generationis Filij à creatione, contra priscos Arianos, & Ferchium, colligitur ex Hilario, & Orientali Concilio catholico.

Cap. XIV.

Post hos, etiam S. Hilarius cum Orientali Concilio Catholico, placitum istud Arianorum, & Ferchij, de generatione Filij per vocabulum creationis explicata, reprobat libro, cui titulum fecit, *De Synodis Fidei catholicae contra Arianos, & prauaricatores Arianis acquiescentes*, post longum proemium, ait

S. Hilarius:

140 [Nunc igitur praescriptas ab Orientalibus Fidei definitiones recognoscamus. (& mox) Quinta definitio: Si quis condidit, vel creauit me, & genuit me, ab eodem audiens, genuit me, non tamen ex similitudine essentiae intelligat; sed idem esse dicat, genuit me, & condidit me: quasi non dicens Filium de Deo perfectum, ex duobus nominibus significatum Filium, sed per duo nomina, hoc est, condidit me, & genuit me, hoc est conditionem tantummodo dicens, & nequaquam Filium, sicuti tradidit. Sapientia, ex duobus piis intellectum, anathema sit.]

Licetus:

Concilium ex Hilario plectit anathemate, qui ponunt has duas voces esse Synonymas, ut efficiunt Ariani cum Ferchio; ponens his duabus vocibus indicari varias rationes in productione Filij ut late nobis explicatum est in *Septimo — Quaesitis* Cap. 16. Sed hanc definitionem Concilii contra Ferchium, ita satis explicat, addens

S. Hila-

S. Hilarius:

[Dicentibus creaturam, vel conditionem esse Filium Dei 141
 contra itur ratione subiecta. Namque impietatis hæreticorum
 hinc prophana præsumptio est, quod legisse se dicant, *Dom-
 nus condidit, vel creauit me*; idipsum enim conditio & creatio
 videtur intelligi. Sed sublequentem sententiam subtrahentes,
 ex qua intelligentiam prior sumit; ex prima arripiunt impietatis
 suæ auctoritatem, vt creaturam dicant, quia Sapiencia
 dixerit se creatam. Si creata est, quomodo potuit & nasci?
 Quia omnis natiuitas, quæcunque est, in naturam suam ex
 natura gignentis consistit; creatio autem sumit exordium de
 creantis potestate, potente scilicet creatore ex nihilo conde-
 re creaturam.]

Licetus:

Nimirum hic Hilarius essenziale discrimen esse dicit inter
 generationem, & creationem; quod generatio sit ex natura
 generantis communicata, participataue rei genitæ; sed crea-
 tio sit actio proueniens ex potestate creantis, absque suæ sub-
 stantiæ communicatione, participationeue creatoris; vlla
 quas condere potest ex nihilo, si non semper immediate, sem-
 per tamen mediate, vt supra vidimus apud S. Athanasium, &
 Augustinum. Quum ergo Filius ad intra nullo modo proue- 142
 niat ex nihilo de potestate creantis, sed per modum naturæ
 ex natura gignentis; iam Hilario doctore, Filii generatio dici
 non potest in diuinis esse creatio, contra Ferchium & Aria-
 nos. Verum de hac Hilarii sententia latius in *Septimo*, &
Octauo — *Questis Maioribus*.

*Sanctum Ambrosium quoque demoliri Ferchij placitum, &
 Arianorum, non distinguunt generationem aternam Filii à crea-
 tione.*

Cap. XV.

141 **C**eterum & ex professo D. Ambrosius in opere suo *De Fide*
 contra *Arianos*, discriminat ut Filium à creatura, sic etiam
 generationem Filii à creatione, lib. 1. cap. 3. scribens

143 **S. Ambrosius**
 [Ergo quum audimus psal. 109. ex utero Filium: & psal. 41.
 ex corde Verbum: credamus quia non plasmatus manibus,
 sed ex Patre natus: non artificis opus, sed progenies est pa-
 rentis. Et idem, qui dicit Matth. 17. *Hic est Filius meus*: non
 dixit, hic est temporalis: non dixit, hic est creatura mea, nec
 factura mea; sed, *Hic Filius meus, quem videtis in gloria.*]

Licetus
 Si Filius Dei creatura non est Ambrosio; iam eidem genera-
 tio Filii non est creatio; namque creatio proprie, atque for-
 maliter non nisi creaturæ productio est. Addit lib. eodem cap.
 6. de Filio Dei

144 **S. Ambrosius**
 [Legimus genitum: quia Pater dixit psal. 102. *ex utero*
geni te: Legimus Matth. 1. & Colof. 5. *Primogenitum*: Le-
 gimus Ioan. 1. *Vnigenitum*, *Primogenitum*, quia nemo ante
 ipsum. *Vnigenitum*, quia nemo post ipsum. Legimus etiam
 Isai. 52. *Generationem eius qui enarrabit*. *Generationem* inquit,
 non creationem. Quid his talibus, & tantis conferri potest?]

Licetus
 His, & Ambrosio contradicunt Arius, atque Ferchius, di-
 centes, In Deo idem esse creare quod gignere; generatio-
 nemque

nemque Filij esse proprie creationem. Adiungit ad suum dogma probandum aduersus Arianos

S. Ambrosius: [Ostendit etiam Dei Filij distantiam generationis, & gratia, dicens, Ioan. 20. *Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum: Deum meum, & Deum vestrum.* Separatio ista diuinitatem ostendit, quod illius genitor, noster creator sit.]

145

Licetus: Recte D. Ambrosius contradistinguit naturam à gratia; proindeque generationem, quæ est actus naturæ, non gratiæ, non esse creationem, quæ est opus gratiæ, necessario demonstrat. Coarguitque Doctor Ecclesiæ cum Arianos, tum etiam Ferchium, asserentes in genere, ac numero creaturarum esse: dum ait Deum esse Filij sui genitorem, nostrum vero creatorem; quum nos simus Filij Dei adoptiui per gratiam, Ioan. 1. non autem naturales, siue per naturam; solus autem Vnigenitus sit Filius per naturam, non per gratiam. Quod illico declarat

S. Ambrosius: [Et addidit, *Deum meum, & Deum vestrum*; quia licet ipse & Pater vnum sint; & illi Pater sit proprietate naturæ: nobis Deus pater cæperit esse per Filium, non naturæ iure, sed gratiæ, tamen vtramque naturam hic significare videtur in Christo, & Diuinitatis, & carnis; diuinitatis, ex Patre, carnis ex matre: illamque ante omnia, istamque ex Virgine.]

146

Licetus: Videlicet in Christo Domino in vna persona duæ naturæ sunt, diuina, & humana; ratione diuinæ naturæ Filius est Dei Patris ante omnia genitus ab æterno, non autem creatus; ra-

tionem vero nature humanæ, Christus ex virgineo sanguine matris absque concursu viri creatus est in plenitudine temporum à Deo, quantum quidem ad animam ex nihilo, quemadmodum Angelica natura incorporea; quantum autem ad corpus ex materia Virginali, non ultimo disposita ad essentiam humanam sine viri concursu recipiendam: Quemadmodum illam de costa viri, pariter non ultimo disposita physice, sine matris vilius opera, ad induendam essentiam humanam, vere proprieque à Deo creata fuit Eva. Quare productio Christi, quantum ad naturam humanam, proprie creatio est, tam ratione animæ de nihilo, ut Angeli: quam ratione corporis, de materia non integre disposita, ut Eva; proindeque Christus, ratione humanitatis creatus est; at ratione diuinitatis à solo Patre genitus est, non autem creatus: Suaque doctrina D. Ambrosius contradicit non minus Ferchio, quam Ario, utrisque similiter asserentibus, in diuinis generationem Filij esse creationem. Quod statim efficit addens

S. Ambrosius:

[Et quidem in quo creatum legerint, in quo factum, considerare deberent. Edoctum est enim, Dei Filium de Deo esse genitum, de Deo natum. Factum autem in quo legimus, diligenter aduertant. Non enim Deus factus, sed Deus Dei Filius natus est. Postea autem secundum carnem homo factus ex Matre est. Si mihi non credunt, credant Apostolo, Galat. 4. Postquam vero venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege. Filium, inquit, suum, non unum de multis, non communem, sed suum. Suum quum dicit, generationis æternæ proprietatem signauit. Hunc postea factum ex muliere asseruit, ut factum non diuinitati, sed assumptioni carnis adscriberetur. Factum ex muliere, per carnis susceptionem: factum sub lege, per obseruantiam legis.]

Licetus:

Licetus:

His D. Ambrosius, cum Athanasio, sumit pro eodem Creatum, & factum: & aperte contradistinguit æternam generationem Filij à creatione, quam solum concedit eius humanitati assumptæ, simul Ario contradicens, atque Ferchio, qui ponunt Filium esse genitum pariter & creatum in Trinitate, sicut alia quævis creata res ad extra: pro eodem sumentes generationem, & creationem in Filio. Dicit enim S. Ambrosius, Filium ratione diuinitatis procul ab omni nota creationis oriri de Patre, propria generatione: non autem tanquam vnum de multis creati, sed solum ratione susceptæ humanitatis. Addit autem cap. 2. lib. 1. de Fide

S. Ambrosius:

[Postremo ut insipientiæ eorum, quod verum non est indulgeam: si nihil, ut putant, distat in verbis, generatio scilicet, atque creatio; cur non eum, quem colant, meliorem appellant nomine? cur Verbo non vtuntur Patris? cur abiciunt quod honorificentia est, assumunt quod iniuria?]

Licetus:

Clare S. Ambrosius hic cum Arianis Ferchium reprehendit insipientiæ, quod generationem a creatione non distinguat; quod Deum, quem colit, creatione productum asserat, nec abiecto nomine creationis, iniuriam Deo faciente, potius non vtatur cum Catholicis sentiens nomine generationis; quod non vtatur verbo Patris, assidue dicentis, *Tu es Filius meus dilectus. ego hodie genui te, & alibi ante Luciferum genui te:* Sed hoc solum humanitati tribuit. Addit

S. Ambrosius:

[Si autem distat inter creatum, genitum, & ut ego arbi-

150 error; quum legerimus genitum; non utique idem & genitum intelligemus, & creatum. Dicant igitur generatum ex Patre, ex Virgine procreatum. Aut dicant, quomodo Dei Filius, genitus, & creatus. Vna natura, & maxime Deus, diuersitatem non recipit.]

Licetus:

Vides hic, à S. Ambrosio constitui contra Ferchium, & Arianos, generationem æterni Filii non esse creationem: nec vni & eidem naturæ diuinæ competere gigni pariter, & creari. Vltimo dicit lib. de Fide cap. 3.

S. Ambrosius:

151 [Denique non est generationem scire diuinam, non diuisam, non diminutam, non deriuatoriam, non creatum.]

Licetus:

Igitur Ambrosius aperte contradicit hic Ario, simul & Ferchio, dicentibus, Filii generationem in Diuinis esse Creationem.

D. Augustinum contradicere pariter Ario, Ferchioque, dicentibus generationem Filii Dei esse creationem, adeoque Filium esse creaturam.

Cap. XVI.

IN eadem sententia Catholica S. Ambrosii contra Ferchium & Arium consentit S. Augustinus, euidenter, contradicens Ariano feliciano, Dum scribit eo. 6. pag. 252. lib. 1. cap. 7.

S. Augustinus:

152 [Creatura namque est ex eo, quod adhuc non est, aut ali-
quando non fuit, rei cuiuslibet corruptibilis, quantum in se
est,

est, Patris omnipotentis Dei voluntate facta substantia. Hæc definitio vtrum in Dei cadat Filium videamus. Nam Filius in eo quod est indifferentis naturæ veritate prolatus est, quia ille ex Patre substantialiter gignitur; creatura vero non ex substantia formantis, sed ex sola voluntate ac potestate perficitur. Ista corruptibilis per naturam, nisi fuerit seruata per gratiam: Ille ex incorruptibili Patre videtur habere substantiam. Filius per omnia similis est Patri, dissimilis creaturæ. Factor ille, non ex eo quod non est, in id quod est; & propterea nunquam in id, quod non est ex eo quod est. Illa, id est creatura, facta ex eo quod non est, in id quod est; & propterea quantum ad se attinet, ex eo quod est, in id quod non est, sui ortus conditione reuertitur.]

Licetus:

Quibus D. Augustinus plura discrimina ponit inter generationem Filij; & creationem generatim acceptam; tum quod generatio est productio geniti ex natura generantis; creatio est productio creati non ex natura creantis; tum quod generatio potest esse rei non corruptibilis; creatio vero est productio rei natura sua corruptibilis; tum quod generatio est productio rei similis naturæ generanti; creatio vero est rei dissimilis naturæ creanti; tum quod generatio est ex ente; creatio vero ex non ente; proptereaque Filij productionem in Diuinis esse generationem, non autem creationem. Sed etiam to. 10. pag. 191. A. B. ait

S. Augustinus:

[Credimus in Patrem verum, qui genuit Filium verum; id est Deum ex Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, omnipotentem de omnipotente, vitam ex vita, perfectum ex perfecto, totum à toto, plenum à pleno, non creatum, sed genitum.]

Licetus:

Licetus:

Nonne S. Augustinus hic contra Ferchium & Arium determinat æternam Filij generationem non esse creationem? Filiumque genitum esse, non esse creatum proprie? Sic ergo Patres omnes Ferchio negant Filij generationem ad intra esse creationem.

D. Thomam non adstipulari Ferchio, dicenti Filij generationem in divinis esse creationem.

Cap. XVII.

Ceterum quem sibi putat auxiliarem in proposito Ferchius D. Thomam, non recte ab eo pro se produci, constat ex eo, quod Angelici textum mutilat, & Autoris sententiam pervertit ad contrarium sensum Sancti Doctoris, dum ait in Epistola sua Baldina *De Productione Filii Dei* pag. 58.

Ferchius:

„ Quis enim est ex Theologis alicuius nominis, qui non legat D. Thomam prima parte qu. 41. art. 3. ad 4. scibentem,
 „ Dicitur ergo *Filius simul creatus, & genitus*? Fortasse arbitrabere me non intellexisse Thomam. Verum aliud est, an ego intelligam; aliud an *Vox, creatus*, applicata à me, imò potius à D. Thoma, sit horrenda. Si non intelligam, habes phalangem Thomistarum, qui plenis manibus lilia sacrarum dabunt expositionum.

Licetus:

Non dicam, ò Ferchi, te non intelligere D. Thomam; sed aperte dicam te textum illius mutilare, sensumque viri Sancti
 ab

ab Autore suo satis explicatum, dissimulare. Nec indigere nos Thomistarum explanationibus, ubi se D. Thomas explicat apertissime. Immo nullam phalangem, sed ne vnum mihi proferre poteris Thomistarum, qui Dei Filio tecum applicet proprie dictam creationem ad intra. Dic vel vnum Thomistam asserentem Filium in diuinis esse proprie creatum, ut Adam ad extra: & æternam Verbi generationem esse proprie dictam creationem, qualem dicis esse creationem Euę de costa viri; & in ista nostra controuersia Phyllida veritatis solus habeto. Ostende mihi vel vnum ex affectis D. Thomę, qui tecum dicat, Filium ad intra proprie creatum esse de præexistente substantia Dei Patris, sicut ad extra proprie creatus est Adam ex præexistente luto & omnis alia creatura sensibilis, bruchus, eruca, locusta, ex præexistente suo materiali principio, sicuti prius Ariani dixerunt, & postea tu in Epistola Baldini pag. 35. 36. 46. & eris mihi magnus Apollo. Profecto dogma, quo D. Thomas cum Hilario, & Patribus Orientalis Concilij, applicat vocem, *creatus*, Filio Dei, non est horrendum, sed verum & sanctum; loquitur enim de creatione, quę tota solum consistit in immutabilitate producentis, cetera non habens essentialia creationis attributa, creatio communiter improprie ac æquiuoce dicitur. At vero dogma, quo Arius, & affectus statuunt Filium esse proprie creatum à præexistente Patre, de nihilo, vel etiam de substantia præexistente in Patre, postea in Filio nouiter existente, certe nimis horrendum est; quod tamen ipse Ferchius amplecti non veretur. De quo dogmate, ponente Filium creatum esse de præexistente substantia Dei Patris, ut bruchus eruca, & locusta, per Ferchium laudato, & applicato personę Verbi lib. *De productione Filii Dei ad Baldum* pag. 35. 36. 46. sic in orat. i. contra Arianos ad Verbum scribit to. 1. pag. 294. & seq.

S. Athanasius:

Et Ceterum quoniam in abstruso habent Ariani, nec audent suorum gregalium verba proferre; necessarium est, ut nos

M

istis

istis huius impietatis rectoria detrahamus, heresimque ipsam in publicum traducamus. Consci enim sumus, quid cum ab Arianis dictum sit, & quomodo ab Ecclesia, & Clericorum sorte reiecti sint. Veniam igitur verbis istis sordidis & luctulentis, quibus utendum necessario est, praefari oportet. Uteamur autem ijs, non quod ita sentiamus, sed quod ea ad usum refellendi hereticos necessaria arbitremur. Beacissimus igitur Episcopus Alexander Arium hæc sentientem, & pariter verbis profitentem, ab Ecclesia reiecit. Non semper Deus erat Pater: Non semper Filius. Nam quum omnia sint ex nihilo, etiam Dei Filius ex nihilo emerit. Et quum omnia sint condita, ipse quoque conditum quiddam & opus haberi debet: & quum omnia prius non essent, sed postea extiterint; fuit profecto quum Verbum Dei non erat. Et quia non erat, antequam fieret, principium existendi habuit; tum enim extitit, quum Deus eum conditum voluit. Nam inter omnia opera eius, ipse quoque connumerandus est: qui & natura mutabilis est, sed libero arbitrio præditus remanet. (& mox.) Sed ex genitis conditisque, ipsum proprium & unicum Patri Filium, & Sapienciam esse: eumque & creaturam esse, & opus Dei. Rursus idem ait, Deum non nos propter illum, sed illum propter nos condidisse. Erat enim, inquit, solus Deus, & non erat Verbum cum eo: Deinde quum vellet nos procreare, tunc quoque illum procreavit; quem, postquam genitus est, appellavit & Verbum & Filium & Sapienciam, ut nos per eum conderet. Et ut omnia voluntate Dei substiterunt, quum antea non essent; ita quoque ipse voluntate Dei, quum antea non esset, exiit. (& mox.) Adde insuper Deum, qui erat, Filium, qui non erat, voluntate fecisse, condidisse ac creasse, & existere, voluisse. Quin & hoc quoque iactant, non esse Christum naturalē & verā potentiā Dei; sed sicuti cruce ac bachi potentia omnipotentis Dei appellantur, ita ipsum quoque appellari potentiam Patris: His adiecit, Filio Partem invisibilem esse: neque conspiceri, neque Filium cognoscere integre & exacte Patrem posse. Quum enim exordium essendi habeat, non potest eum, qui exordio essendi caret, cognoscere; sed quod cognoscis

cit & videt, id iuxta proportionem suæ mensuræ & suæque capacitatæ cognoscit, & videt. & c. hæc, & huiusmodi quum diceret Arius, hæreticus declaratus est. Ego certe, vel solum inter scribendum, quum & eius impietatum recordarer, verumque de religione sensum retinerem, non potui hominem non execrari. Nam & in Nicæno Conuentu omnes, quotquot undequaque conuenerant Episcopi, aures suas ad illa verba obturauerunt, omnesque communi suffragio istam hæresim damnauerunt, & anathemate deestati sunt, dicentes esse alienam diuersamque ab Ecclesiastica Fide.

Licetus:

Ista profecto non sunt Lilia, quæ Thomistarum illis vnde quam dederit Catholicorum cetui; sed execrabilia placita, quæ dudum impius Arius effutire voluit ex ore sacrilego, blasphemiarumque prosus horrendarum, quas in Concilio Nicæno Sancti Patres omnes obturatis auribus in consensum animi sui non admisere. Quorum tamen dogmatum pleraque Ferchius admittere, profiterique videtur, dum asserit Filium ad intra creatum esse de præexistente substantia Dei Patris, eodem genere creationis, quo singulæ creaturæ sensibiles, etiam vilissimæ creantur ex præexistente suo quopiam materiali principio. Nam in illa præexistente substantia Dei creati sibi Filium, cum Ario ponit, tum Deum non semper fuisse Patrem, qui tunc nondum haberet Filium: tum Filium non semper fuisse, qui Deum habuit sibi præexistentem; tum Filium, cum suo Patre Deo coexistere nequeuntem, existendi principium habuisse in termino præexistentiæ paternæ: tum Filium esse in ordine, censuque rerum omnium à Deo conditarum: tum Filium esse veritabilem, vt pote mutatum de non esse ad esse: tum generationem Filij ad intra prosus idem esse cum creatione rerum conditarum ad extra, tum Deum, qua præexistens erat, Filium, qui cum præexistente non coexistebat, creasse, ac existere voluisse. Quæ cuncta & singula, vt in Arii dictis execratus est S. Athanasius; ita etiam post Hilarium ex

Orientali Concilio D. Thomas abominatus est, horrescens
 Filium ad intra ponere in eodem ordine, quo numerantur crea-
 ta; res ad extra & fieri generationem Filij esse creationem
 eiusdem rationis cum creatione proprie dicta rerum creatarum
 ad extra, & cum illa prorsus identificari; negans crea-
 tionem ynuoce proprieque dictam applicari posse Filio; quia
 talis creationis terminus essentialis est existentia rei create;
 quam a Deo Pater non adipiscitur Filius, ut omnes creature;
 quum sit Deo Patri coexistens & coeternus, quod nulli com-
 petit creature proprie dicte; generatio vero consistat in com-
 municatione substantia; natureque generantis ipsi genito;
 quod attributum non competit vili creationi. Nam Filius di-
 citur simul creatus, & genitus, quia ratione creationis produ-
 ctus est ab immutabili producente; ratione vero generationis
 productus est a Patre sibi propriam substantiam communi-
 cante; quae communicatio nature producentis ipsi producto
 non competit vili creationi, necdum illi equivoce, quae Filius dici-
 tur creatus. Verba D. Thomae de proposito sunt non vno in
 loco prolata, & a nobis luculentius explicata in opere nostro
 De Septimo. *Questio. cap. 10.* in quibus primum ait; loco per
 Ferchium citato, n. p. qu. 4. ar. 3. ad 4. Vbi tres asserti An-
 gelicus dubij, solutiones; quarum prima nihil omnino fauet
 Antagonistae; dicit enim ibi

D. Thomas:

[Ad quartum dicendum, quod quum dicitur, Sapientia
 est creata, potest intelligi, non de Sapientia, quae est Filius
 Dei, sed de sapientia creata, quam Deus indidit creaturis.
 Dicitur enim Ecclesiastic. 1. Ipse creauit eam, scilicet Sapien-
 tiam, In Spiritu Sancto & diffudit illam super omnia opera sua.
 Neque est inconueniens, quod in vno contextu locutionis lo-
 quatur Scriptura de sapientia genita, & creata; quia sapien-
 tia creata est participatio quaedam sapientie increata.]

Licet:

tur, modus diuinæ generationis nobis insinuat. In generatione enim, quod generatur, accipit naturam generantis, quod perfectionis est. In creatione vero, creans non mutatur; sed creatum non suscipit naturam creantis. Dicitur ergo Filius simul creatus, & genitus; ut ex creatione accipiatur immutabilitas Patris; & ex generatione unitas naturæ in Patre, & Filio. Et sic exponitur intellectus huius sententiæ ab Hilario lib. de Synodis.

Licet us;

Hic aperte discernit D. Thomas in ortu Filij generationem à creatione, statuens istam in sola Dei Patris immutabilitate consistere; sed illam in communicatione naturæ Patris ipsi Filio; dum vero statuit, creatum, ut sic, non suscipere naturam creantis, aperte contra Ferchium plane contradistinguit creatum à genito formaliter, & creationem à generatione; quæ Ferchius absolute creationem esse productionem entis ex aliquo principio præsupposito, & præexistente, inexistente in re producta 1. defen. n. 28. & speciatim epist. Bald. pag. 35. 36. 46. Filiam asserat creatum ex præexistente substantia Dei Patris ad intra, sicut omnis alia creatura ex præexistente materia; quum ex aduerso determinet hic Angelicus, creaturam siue creatum non suscipere naturam creantis. Quam discretionem similiter generationis à creatione in ortu eceroi Filij luculentius asserit lib. 4. contra Gent. cap. 8. in f. scribens

D. Thomas;

161 [Vel per hoc, quod Sapiencia & creata, & genita nuncupatur, modus diuinæ generationis nobis insinuat. In generatione enim, quod generatur, accipit naturam generantis, quod perfectionis est; sed in generationibus, quæ sunt apud nos, generans ipse mutatur; quod imperfectionis est. In creatione vero creans non mutatur; sed creatum non recipit naturam creantis. Dicitur ergo simul Filius creatus, & genitus; ut ex creatione accipiatur immutabilitas Patris, & ex generatione

tionem unitas naturæ in Patre, & Filio. Et sic huiusmodi scripturæ intellectum Synodus exponit, ut per Hilarium patet. Quod vero Filius dicatur Primogenitus creaturæ, non ex hoc est, quod Filius sit in ordine creaturarum; sed quod Filius est à Patre, & à Patre accipit; à quo sunt, & accipiunt creaturæ; sed Filius à Patre accipit eandem naturam, non autem creaturam. Unde & Filius non solum Primogenitus dicitur, sed etiam Unigenitus, propter singularem modum accipiendi.

Licetis:

Ex quibus apertissime constat, à D. Thoma Filium dici simul creatum, & genitum, non quod propriè creatus sit, ut res ad extra; neque quod eius æterna generatio sit formaliter & propriè creatio, sicut opinatur cum Ario Ferchius; sed quia productio Filij continet in se perfectionem tum generationis; quæ perfectio est communicatio naturæ genitoris ipsi genito; bonum enim est natura sua communicabile; tum etiam creationis; cuius perfectio est immutabilitas producentis. Constat autem ex his non haberi productionem Filij Dei, quatenus generatio est, creationem propriè dici posse, secus ac Arius, & Ferchius opinantur. Nam in primis communicatio substantiæ genitoris, quæ formaliter est generatio, nihil omnino pertinet ad creationis essentiam, sed illi penitus extranea est; quum homo generans hominem per communicationem naturæ suæ, participationemque substantiæ suæ Filio genito, propriè Filium suum non creet. Quare non bene Ferchius 1. defens. n. 28. & lib. de Prod. Filij Dei ad Baldum pag. 35. 36. 46. definit creationem uniuersim acceptam esse productionem entis ex aliquo principio præsupposito præexistenteque, & inexistente ipsi rei productæ: speciatimque Filij, quam ponit ipse, creationem esse productionem ex præexistente substantia in Patre communicata ipsi Filio; quum creationis natura, ratioque solum consistat, quantum attinet ad propositum nostrum, ut ait hic D. Thomas, in immutabilitate creantis; communicatio vero substantiæ, natureque producentis

160 centis ipsi producto, sit proprium attributum generationis, quatenus à creatione contradistinguitur, secundum repetitam D. Thomæ doctrinam, aperte dicentis: *In generatione, quod generatur, accipit naturam generantis; in creatione vero, creans non mutatur; sed creatum non recipit naturam creantis.* Denique vero Ferchius, dum putat ex Angelico Doctore se colligere Filij generationem esse creationem, quia dicatur à D. Thoma Filius simul creatus, & genitus, falsam habet opinionem; ex hac enim sua theologia colligere posset Ferchius, in Diuinis Patrem esse Filium, & Spiritum Sanctum; quia Deus vere dicitur simul & Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus.

161 Quin & quum in diuinis Deus Pater dicatur vere simul & generans Filium, & Spirans Spiritum Sanctum; non tamen in Deo Patre generatio Filij est spiratio Spiritus Sancti; quum illa sit actus intellectus, ista voluntatis: illa sit productio Filij, ista Spiritus Sancti; illa sit actus vnus Patris, ista communis Patri & Filio, simul spirantibus Spiritum Sanctum: quocirca legat quidem apud Angelicum Doctorem Ferchius: *Dicitur ergo Filius simul creatus, & genitus.* Sed inde non colligat generationem Filij esse creationem formaliter, ac proprie, quia nõ debuit omittere calide proxime dicta, ex quibus D. Thomas colligit istam suam conclusionem: *In generatione enim, quod generatur, accipit naturam generantis, quod perfectionis est: in creatione vero creans non mutatur, sed creatum non accipit naturam creantis: Dicitur Filius simul creatus, & genitus.* &c. indequæ colligi videbit Filij generationem non esse formaliter proprie dictam creationem. Addendum his est, creationem, quam D. Thomas hic Filio tribuit, non esse creationem proprie dictam, & vniuocæ cum creatione rerum creatarum ad extra, sicut opinatur Ferchius; quia D. Thomas aperte negat Filium esse in ordine creaturarum proprie dictarum; in quo rerum creatarum ordine Filium Dei ponit Ferchius 1. defen. n. 28. & 2. defen. n. 97. 98. & in epist. Bald. pag. 35. 36. 46. & 77. Sed illa creatio, quæ D. Thomæ consistit in sola immutabilitate creantis, est creatio communiter, improprie dicta, & æquiuocæ; quia non habet omnia verè propriaque creationis attributa essentialia;

etalia ; sicuti late discussimus in *Septimo — Quæstis cap. 10.* Sic ergo D. Thomas dixit sui : *Dicitur ergo Filius simul creatus, & genitus* : duas affert explicationes, à Ferchio dissimulatas, nudam Angelici conclusionem callide referente. Quarum una est, dici Filium simul creatum, & genitum, quia genitus sit ab æterno de substantia Dei Patris, quantum ad personam sue diuinitatis ; creatus vero sit quantum ad assumptam humanitatem ex matre, ab initio & ante secula præuisam vniri diuinitati. Quæ duæ productiones inter se realiter omnino diuersæ sunt, nec vna de altera prædicari potest ; adeoque secundum Angelici doctrinam generatio Filij, dici non debet à Ferchio proprie dicta creatio, sicut in Abele notauimus. Posterior autem D. Thomæ declaratio est, qua *Filius dicitur simul creatus, & genitus*, quia genitus est de substantia Patris, & creatus ab immutabili producente ; quum creatio respiciat solam immutabilitatem producentis, non autem communicationem substantiæ genitoris ; generatio contra referatur ad communicationem substantiæ genitoris. Quum igitur immutabilitas Dei producentis, & communicatio substantiæ genitoris ipsi producto, contradistinguantur ab inuicem ; neque communicatio substantiæ genitoris ipsi genito sit immutabilitas producentis ; neque vicissim immutabilitas producentis sit communicatio substantiæ genitoris ipsi genito, vel in eodem act : iam ex D. Thoma, cui *Dicitur Filius simul creatus, & genitus*, non potest colligere Ferchius generationem æternam Filij esse proprie creationem, & cum creatione formaliter identificari, licet à D. Thoma dicatur Filius creatus, & genitus. An à Ferchio dicetur in Deo Misericordia esse formaliter Iustitia, quia verè dicitur Deus simul iustus & misericors ? mihi certe non, cui Iustitia est, qua Deus punit in inferno, fontes impœnitentes ; Misericordia vero, qua Deus pœnitentes in cælo beatificat. Sed hac de re satis in præsentia, quam latius explicauimus in *Septimo — Quæstis cap. 10.* Interim adnotasse iuuat, à Ferchio præterita fuisse silentio, quæ D. Thomas in eodem loco, ab se citato, scribit : *Quod vero dicatur Filius Primogenitus creature, non tamen ex hoc est, quod Filius sit* 162

in ordine creaturarum; quia hæc aperte demoliantur ea, quæ Ferchius ipse scribit 2. defens. n. 97. & epist. Bald. pag. 77. Sic Colof. 1. Filius dicitur Primogenitus omnis creature, vt & ipse creatura esse intelligatur; & 2. defens. n. 98. ponit Filium in ordine rerum creatarum, asserens, si loquamur de rebus creatis, prima rerum creatarum est Sapientia Dei primogenita. Sed iam ad alia Ferchij dogmata consideranda veniamus.

Aliud Ferchij, & Ariani Macedonii dogma distinguendum facturam & Opus a creatura, proscribitur à S. S. Patribus Athanasio & Augustino.

Cap. XVIII.

Aliud est dogma, quo Ferchius vt Filium non factum inter creaturas adnumeraret, vitur; contradistinguens nimirum facturam à creatura, facere ab ipso creare; dicit enim 1. defens. n. 9. & 2. defens. n. 97. 98. & epist. ad Bald. pag. 77.

Ferchius:

» Facere proprie accipitur, quando dicitur aliquid fieri ex
 » nihilo; sed creare, ex aliquo. Sic ad Coloss. 1. Filius dicitur
 » primogenitus omnis creature, vt & ipse creatura esse
 » intelligatur, sed non factura. Ergo si loquamur de rebus
 » factis, primum factum est materia prima, quæ de nihilo
 » facta est; cetera facta sunt ex materia. Si loquamur de re-
 » bus creatis, prima rerum creatarum est Sapientia Dei pri-
 » mogenita; non tamen factarum; quia non est facta;
 » ceteræ creaturæ sunt productæ ex materia præexistente.

Licet us:

» Ista quidem contra catholicos Patres, non distinguentes factum

Etum à creato, est hæresis tum Ariani Macedonij damnata à S. Athanasio: tum Aduersarij Legis & Prophetarum impro-
bati à S. Augustino. Porto vt in Anthropologiæ lib. 17. ini-
tio scribitur

Volaterranus:

[Macedonius Arianzæ sectator hærescos; Constantij prid- 163
cipis fauore expulsis Orthodoxis, Constantinopolitanus præsul
constitutus est. Is enim eadem, quæ Arius, de Spiritu San-
cto sentiebat: eum videlicet nihil habere cum Patre & Filio
commune. Dissentiebat tamen in Filio, quem Patri similem
esse fatebatur: Qua de causa ab Arianis pulsus fuit. Nam
Arianorum tres sectæ caput extulerunt: Eunomiani, Ariani,
& Macedoniani. De quibus omnibus supra in Ario diximus.
Plurimi tamen apud Constantinopoli vicinas regiones Mace-
donij opinionij adherere videbantur, ex lib. 10. Ruffini.]

Licetus:

Hanc autem Arianum Macedonium posuisse discrimen inter
facere, & creare (licet in hoc illi non consenserint alij secta-
tores Arii) aperte demonstrat cum eo disputans, & ipsum de
proposito vt & Ferchium, confutans in dialogo primo Sanctus
Athanasius, vbi ait eo Sancto Patre referente

Macedonius:

[Præclare tu quidem de Filio differis: sed de Spiritu San- 164
cto non item. Etsi enim Spiritus creatus non fuerit, factus ta-
men fuit; omnia per ipsum Filium facta sunt.]

Licetus:

Sic ergo Macedonius factum à creato contradistinguit, vt
Ferchius. Sed eum, & Ferchium illico refellit subdens

S. Athanasius:

165 [Si factus est, creatus quoque est. Si enim quod factum est, creatura non est; ac vere per ipsum omnia facta sunt; efficitur ut quod nec creata omnia. Quod si ita est, quomodo intelligendum dicitur illud Pauli Coloss. 1. omnia in ipso creata sunt?]

Licetus:

Sed alibi quoque non raro confutat istiusmodi Ferchianam distinctionem factura a creatura potissimum orat. 1. pag. 241. B. dicens

S. Athanasius:

166 [Verbum igitur ex natura neque creatum aliquid, neque opus fuerit. Idem enim sunt & creatum, & factum, & opus; & si creatum; vel factum quidem esset, etiam opus esset.]

Licetus:

Quomodo Ferchius audeat dicere Filium esse creaturam, sed non facturam? Præterea in orat. 2. in f. sic ait

S. Athanasius:

167 [Quod enim creatum est, nihil referre; siue illud factum esse, siue conditum appelles; eo quod, quæ creata sunt, genita esse nequeunt.]

Licetus:

His Athanasius duplicem Ferchii simul & Arianorum positionem improbat, qua non distinguunt generationem a creatione, sed creationem a factura; quum ex aduerso discriminetur
3. Athanasius generationem a creatione, genitum a creato;

non

non autem creatum à facto. Mox addit ibidem

S. Athanasius:

[Et id quoque cognitum habent sacrae scripturae. De re-168
bus enim creatis dicunt, Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt.
& psal. 109. Omnia in sapientia fecisti.]

Licetus:

Quomodo potius Ariano Macedonio, facere, & creare distinctas res esse ponenti: quam S. Athanasio, catholicae Fidei propugnatori, duas istas voces unam & eandem rem significare, vel ex sacra scriptura demonstranti, subscribere vult Ferchius? ceterum & in orat. prima dixerat

S. Athanasius:

[Ad eundem modum quoque de Deo scite intelligendum est; non quod alius factus sit ex assumptione carnis; sed quod 169
idem manens carnem pro velamento habuerit; istaque duae dictiones, factus est, & conditus est, non hunc intellectum habent, quod Verbum, quatenus est Verbum, factum esse pronuncietur; sed quod Verbum opifex, conditorque rerum, postmodum factus sit Pontifex, quum induisset corpus creatum, ac factum; quod pro nobis offerre potuit. Atque inde est, quod factus creatusue dicitur.]

Licetus:

Ita S. Athanasius contra Ferchium determinat, Christi corpus esse creatum, & factum; Verbum vero non esse factum, neque conditum, aut creatum; sicut in Symbolo dicit, *Filius à solo Patre est, non factus, neque creatus, sed genitus*: aperteque decernit idem esse factum, & creatum. Et in eadem orat. 1. scribit

S. At-

S. Athanasius:

[Neque ad eum modum David, Manus tuæ genuerunt me, sed fecerunt me, formauerunt me, locutus est: vbique hoc verbum, fecit, in rebus creatis vsurpans, & in rerum creatione, In principio, inquit, fecit.]

Licetus:

Facere igitur ex Athanasio prorsus idem est, atque creare; Ceterum & in Oratione breui contra Arianos alibi scribit

S. Athanasius:

[Et creatura non Filius est, sed factura. Et si creature per ipsum factæ sunt; atque ipse quoque est creatura; etiam ipse per aliquem factus sit oportet.]

Licetus:

Ita Clarissime docet Athanasius creaturam cum factura coincidere; Filiumque non esse creatum, non esse creaturam. Idem etiam sub Iudice Probo to. 2. pag. 616. col. 1. C. D. disputans cum Ario Synonymiam earum vocum ostendit, dum ait

S. Athanasius:

[Item alio loco scriptura tradit: *Initium operis Verbum*: non quod in creatione Verbi, id est à creatione Verbi cæcitas cœperit facere creaturas.]

Licetus:

Certe; si creaturas fecit Deus; iam idem est facere, atque creare. Verum enim vero si cuncta loca referre voluero, quibus

bus Athanasius ostendit, idem esse prorsus in scriptura divina facere atque creare, contra Ferchij dogma, volumen de proposito magnum compilauero.

D. Augustini sententia, pro eodem sumentis facere, & creare contra Ferchium affertur.

Cap. XIX.

A Deamus nunc D. Augustinum, qui differens contra hæreticum Aduersarium Legis, & Prophetarum, idem dogma cum Ferchio proferentem. Ait igitur to. 6. l. 1. cap. 21. contra Aduersarium Legis & Prophetarum

S. Augustinus:

[Quæ verba, creare, & facere, si quo modo Scripturæ san-
ctæ, quibus insidiatur, loqui soleant, perscrutemur: aut hoc
est facere, quod creare; à quo tamen distinguitur gignere; &
variandi verbi causa, non ad aliquam rerum differentiam, dici
potuit, faciens bona, & creans mala: quum dici etiam possit
creans bona, & faciens mala.]

Licetus:

Ergo D. Augustinus hic aperte contradicit Ferchio; eum
distinguens generationem à creatione: quas prius idem esse
Ferchius asseruerat: tum idem esse dicens facere, & creare;
quæ Ferchius ab inuicem contradistinguit. Sed quod ait Fer-
chius discrimen inter facere, & creare illud esse, quod facere
sit ex nihilo, siue non ex interna facientis natura; creare vero
sit ex aliquo, & applicando ad Filium Dei, sit ex ipsa substan-
tia Patris, dum in epist. ad Baldum pag. 35. 36. scribit

Ferchius;

Ferchius:

„ Ego nomine creationis scripturalis nihil aliud intelligo in
 „ Filio, nisi productionem ex aliquo principio præsupposito,
 „ & interno in re producta. Et applicando ad Filium Dei,
 „ dico esse productum ex substantia Dei Patris præxi-
 „ stente in Patre, & inexistente in Filio producto. Et hoc
 „ productum esse intelligo creatum esse denominatiue à tali crea-
 „ tione descripta. (& I. defen. n. 9.) Ergo facere proprie
 „ accipitur, quando dicitur aliquid fieri ex nihilo: sed crea-
 „ re, ex aliquo.

Licetus:

Istam sane differentiam inter facere, & creare, videtur hau-
 sisse Ferchius ab Aduersario Legis, & Prophetarum, dum
 Ferchius applicat creationem Filio de substantia Patris; De-
 negans illi Factionem tantum ex nihilo, sed eiusmodi varie-
 catem non minus in Ferchij, quam in Aduersarij præsci, damnat,
 ac tantum non deridet doctrina ita eodem loco.

S. Augustinus:

174 [Quam vero eleganter sibi videtur ille verba discutere,
 atque discernere, nesciens quid loquatur; quandoquidem hoc
 ipsum quod ita posuit hoc testimonium, ut non diceretur fa-
 ciens bona, & mala: aut creans bona, & faciens mala: vult
 vertere in crimen, & conatur ostendere, quod sit, forinsecus
 fieri; quod autem creatur, apud ipsum esse creatorem; atque
 inde procedere, ut videlicet Deus prophetarum, tanquam
 extranei à se, boni factor aliquando fuisse videatur; creator
 autem mali, tanquam natura malus de seipso proferre, quod
 creauit.]

Licetus:

Hiscæ valde consentiens Ferchius asserit, distinguere facere

ab ipso creare, ponens Deum facere forinsecus ex nihilo quocumque facit; sed Filium suum ad intra sibi creare de propria sua substantia. Quum tamen Deus ad intra nihil omnino faciat, nihil omnino proprie creet; sed solummodo generet Filium ex sua substantia; & cum Filio producat procedentem ex ambobus Spiritum Sanctum, non factum, neque creatum, neque genitum, sed spiratum. Ceterum his arguit S. Augustinus cum hæretico prisco Ferchium illi consentientem in discernendo factum à creato, facere ab ipso creare. Præterea vero lib. suo de Fide & Symbolo, tom. 3. pag. 4. scribit

S. Augustinus:

[Excluduntur etiam, qui creaturam dicunt esse Filium, quamvis non talem, quales sunt ceteræ creaturæ. Quamcumque enim creaturam dicant, si creatura est, condita, & facta est.]

Licetus:

Sic ergo S. Augustinus contra Ferchium, non solum negat Filium Dei esse creaturam simpliciter & absolute; sed etiam affirmat omnem creaturam, quancumque illa sit, esse conditam, & factam: non distinguens creatum, & conditum à facto, creaturam à factura.

Sanctos Patres Concilij Niceni pro eodem sumere factum, & creatum, contra Ferchii dogma.

Cap. XX.

Ceterum valde magna peticio est, & audax illa Ferchij, qua sibi præendit auxiliares esse Patres Niceni Concilij, quasi secum distinxerint factum à creato: dicens in Epistola sua de productione Filij Dei ad Baldum pag. 77. & lib. defens. pag. 249.

Ferchius:

» Quapropter in Symbolo Nicæno primo, ex primo tomo
 » Conciliorum cart. 532. dicitur Filius Dei natus, non fi-
 » ctus. Non negauerunt, nec affirmauerunt creatum. Negi-
 » uerunt Filium Dei esse factum, probantes ex Euangelio Io-
 » annis: Quoniam per ipsum facta sunt omnia: Ergo Verbum
 » non est factum. Non dixerunt esse creatum, ne loquerentur
 » cum Ario, qui dicebat Filium Dei esse creatum.

Licetus:

76 In primis, falso ponitur Nicænos Patres non negasse Filium
 esse creatum, sicut in Symbolo negauerunt esse factum. Et
 enim pro eodem intelligentes factum, & creatum (quod nu-
 per vidimus apud Athanasium, Concilij Nicæni magnum or-
 namentum) ut in Symbolo suo Nicæni Patres negauerunt Fi-
 lium esse factum, ita sepius extra Symbolum negauerunt eum
 esse creatum. Nam in Epistola Concilij Nicæni, relata per
 Athanasium to. 1. pag. 565. dicunt

Concilij Nicæni Patres:

[Credimus in vnum Deum, Patrem omnipotentem, visi-
 bilium omnium & inuisibilem creatorem. Et in vnum Do-
 minum Iesum Christum, Dei Verbum, Deum de Deo, lumen
 de lumine, vitam de Vita, Filium Vnigenitum, primogeni-
 tum omnis creaturæ, ante omnia secula ex Deo Patre geni-
 tum, per quem omnia facta sunt.]

Licetus:

Si Deus Pater est omnium creator, & Filius est per quem
 omnia facta sunt: nonne Sancti Patres omnia, & eadem po-
 nunt à Deo creata pariter, & facta? Deinde in to. 1. Con-
 cil.

cil. pag. 118. contra Philosophum Arianum ita dicit

Vnus Patrum Nicenorum:

[In nomine Iesu Christi, Philosopho, audi quæ vera sunt :
Deus vnus est, qui fecit cælum & terram: quique homini,
quem de terræ limo formauit, spiritum dedit: vniuersa, quæ
videntur, & non videntur, virtute Verbi sui creauit, & Spiritus
sui Sanctificatione formauit.]

Licetus:

Qui fecit cælum & terram: & vniuersa visibilia, & inuisibilia
creauit, nonne pro eodem habet facere, atque creare?
Sed & multo postea dicunt pag. 319.

Patres Niceni Concilij.

[Si enim, vt tu dicis, Filius vt instrumentum ad natura-
rum creaturarum effectiõnem à Patre creatus est; ex tuis ver-
bis excidis, ò Philosopho. Ait enim Euangelij vox, quem-
admodum & ipse paulo ante meministi, *Omnia per ipsum facta
sunt* & adiungit, *& sine ipso nihil factum est*. Igitur si om-
ne creatum per Filium ipsum factum est, & sine ipso factum
est nihil, quod factum est: factura est autem Filius, vt ipse
ais; se ipse vtique creauerit, non Pater. Filius quum sit crea-
tor omnium seculorum, & omnium cælestium exercituum, &
omnium quæ in terra sunt; igitur audi, ò Philosopho, testi-
monium ex diuinis scripturis, coeternum Patri Filium ipsius
esse astruentibus, creatoremque, & opificem omnium crea-
tarum naturarum.]

Licetus:

Si ergo vt ait Concilium, omne creatum, per Filium factum
est; quomodo Ferchius ait, Patres Concilij diuersum

ponere factum à creato? Si deinde Concilium opponit Ariano
 179 dicenti Filium esse factum, *se ipse utique creauerit Filius, per
 quem omnia facta sunt*, quomodo non ponit idem esse facere,
 & creare? quomodo non negat Filium esse creatum? Si dein-
 180 ceptus ait Concilium, *Filium esse creatorem, & opificem omnium
 creaturarum naturarum*; quomodo nunc audeat Ferchius contra-
 dicere creatorem, & factorem, opificemque non coincidere?
 creata & facta opera non esse res eadem? Sed & adiungit
 idem

Concilij Nicani Pater:

181 [Ecce apertissime ostensum est, ò Philosophie, quod omnis
 creaturæ naturæ Filius opifex sit. Igitur si opifex est omnium
 creaturarum, tam earum quæ videntur, quam earum quæ in-
 telliguntur; manifestum est, quod vere Deus natura sit, &
 non instrumentum, ut ais, neque creatura, neque factura,
 neque Patre posterior.]

Licetus:

Itaque si Filius non est Patre posterior, contradicit Conci-
 lio Ferchius, asserens in epist. Bald. pag. 36. Filium esse crea-
 tum ex præexistente substantia Dei Patris, sed hac de re lu-
 182 culentius infra. Deinde si naturarum creaturarum omnium Fi-
 lius opifex est, idem necessario prorsus est, quod creatum di-
 citur, & factum, & opus; Et in Concilio Patres assumunt pas-
 sim pro eodem, ac veluti Synonyma, facturam, opus, & crea-
 turam. Similiter infra to. 1. Concilior. pag. 526. ait idem

Concilij Pater:

183 [Sufficiunt quidem quæ dicta sunt de operibus Sancti Spi-
 ritus, ò Philosophie: ut ipse credas ipsum cum Patre & Filio
 omnium factarum naturarum esse creatorem.]

Licetus:

Licetus:

Sufficere debet ex his etiam Ferchio, Nicæni Concilij Patres proprie sumere indistinctas naturas creatas à factis, indistinctumque formaliter creatorem à factore. Ceterum quod ait 2. defens. pag. 249. de Patribus Concilij Nicæni, & repetit in epist. Bald. pag. 75. 76.

Ferchius:

» Cautè non dixerunt Filium Dei esse creatum; nè loquerentur cum Ario, qui dicebat Filium Dei esse creatum.

Licetus:

184

Cur non imitatur Sanctos Patres Ferchius? cur non utitur eorum cautione? cur loquitur cum Ario, dicens Filium Dei similiter esse creatum, ut eruca, locusta, bruchus, Adam, & omnis alia creatura sensibilis? Deinde vero quod ait, iisdem locis, de Patribus Nicænis

Ferchius:

» Negauerunt Verbum Dei esse factum, probantes ex Evangelio Ioannis, quoniam per ipsum facta sunt omnia; ergo Verbum non est factum.

Licetus:

Non ne vidit Ferchius eodem argumento contra suam positionem ostendi, Verbum non esse creatum ex D. Paulo? scribit enim de Filio Dei ad Coloss. 1. 10.

D. Paulus:

185

[Qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creature,

turæ; Quoniam in ipso condita sunt vniuersa, in cælis, & in terra; visibilia, & inuisibilia; siue throni, siue dominationes, siue principatus: Omnia per ipsum, & in ipso creata sunt.]

Licetus:

Hinc Ferchius cur non colligit Verbum non esse creatum, qui ex dicto Ioannis, *omnia per ipsum facta sunt*, recte colligi vult ex Patribus Nicænis, Verbum non esse factum? Quod autem addit de Patribus Nicænis

Ferchius:

181 Noluerunt negare Filium esse creatum, quia sacra scripturâ attribuit vocem, *creari ipsi Sapienciæ genitæ.*

Licetus:

Quid audimus à Ferchio? Nihil magis negauerunt: infinites negauerunt expresse Nicæni Patres Filium Dei esse creatum, esse creaturam, vt infra latius ostendemus. Hoc autem vtrumque dogma Ferchij falsum est, & eius voluntarium commentum; quia Nicæni Patres aperte negauerunt ex æquo Filium esse factum, & esse creatum, vt vidimus, & vltius apparet ex alio Concilij testimonio, relato inter Concilij Nicæni decreta dudum ab Athanasio to. 1. pag. 251. vbi scribuntur

Decreta Concilij Nicæni:

186 [Episcopi igitur sublatis Eusebianorum vocabulis, istam formulam sanæ Fidei conceperunt; omnibusque subscribentibus, subscriperunt & ipsi Eusebiani ijs verbis, quæ nunc culpant. loquor autem de vocabulo substantiæ, & consubstantialitatis: approbantes Dei Filium nullo modo facturam, aut creaturam esse; sed fetum, Verbumque ex Patris substantia.]

Licetus:

Licetus:

Si Nicæni Patres affirmant Filium Dei nullo modo facturam, aut creaturam esse; qua fronte nunc audeat asserere Ferchius, Patres Nicænos non negare Filium Dei creatum esse? Ceterum quod aliquando sacra scriptura vocabulum, *creari*, de Filio Dei pronunciet, id nunquam enunciari de Verbi Divinitate, sed solum de humanitate assumpta Sancti Patres explicant, ut antea vidimus abunde. Sic ergo Nicæni Patres, contra Ferchij dicta, negaverunt aperte Filium in divinis esse creatum; & affirmaverunt esse quoad humanitatem assumptam solum creatum, & factum.

Sanctus Cyrillus etiam contra Ferchii sensum, non distinguit factum à creato.

Cap. XXI.

IN eodem dogmate, non distinguente creatum à facto, contra Ferchij positionem, cum allatis Patribus consentit itidem suo lib. 2. in Genesim ita scribens

S. Cyrillus:

[Oportet enim hunc sermonem ad illa, quæ modum humani generis superant, redigere; scilicet ad beatos Angelos, qui à Deo facti sunt, atque ex nihilo producti. Angeli, Archangeli, Throni, Potestates, Virtutes, atque Principatus, ipsa quoque suprema Seraphim. Erat etiam inter eos draco ille prævaricator, & quæ cum eo erant pravissime Potestates, & communes cum ceteris Sanctis rationabilibusque creaturis sedes obtinebant.]

Licetus:

Licetus:

Profecto Cyrillus appellat Angelos creaturas rationabiles, easque dicens a Deo factas, & productas ex nihilo, clare ponit creatum a facto minime distingui; & creaturas ex nihilo productas, contra duo præcipua Ferchij dogmata. Sed & ad Hermiam de Trinitate lib. 4. cap. 3. dicit

S. Cyrillus:

188 [Itaque sentis quod propter naturæ libertatem vindicat; hoc autem super creaturam est; seruire enim factum est, quicquid productum ex nihilo.]

Licetus:

Nonne Cyrillus hic ait, creaturas esse factas? esse productas ex nihilo, contra mentem Ferchii? Pariter 5. Thesau. cap. 4. scribit

S. Cyrillus:

189 [Quia ergo Verbum caro factum est, de ipso dicitur, quod Dominus creauit eum, in quantum factus est caro.]

Licetus:

189 Quis non videt hic à S. Cyrillo contra Ferchium determinari, prorsus idem esse factum, & creatum? quin & factum non semper esse productum de nihilo? Verbum enim caro factum est ex Virgineo sanguine Matris, ac, vt ait Apostolus Galat. 4. ex muliere. Sed addit illico

S. Cyrillus:

[Commune namque, vt diximus, omnibus creaturis est factum esse ex nihilo.]

Licetus:

Licetus:

Scilicet, vel immediate, vel mediate: ut explicat S. Augustinus to. 6. pag. 252. K. L. contra Felicianum hæreticum 190
 Arianum. Quare si, Cyrilli sententia, creaturis omnibus commune est, factum esse ex nihilo, ut & Augustino; quomodo Ferchius audeat asserere 1. defen. n. 9. *Facere proprie esse producere de nihilo: creare vero, ex aliquo?* Cur ergo discedit Ferchius à communi Sanctorum Patrum omnium consensu, qui creare, & facere, Synonyma esse didicerunt à sacra scriptura?

Creatum à facto minime distingui, contra Ferchium demonstratur ex Divina pagina.

Cap. XXII

Certe multis in locis divinæ scripturæ, contra Ferchium decernunt, idem prorsus esse creatum & factum: creare & facere. Nonne legitur hoc in oratione Judith? habet enim cap. 16.

Judith:

[Adonai Domine Deus magnus es tu, & quem superare nemo potest. Tibi seruiunt omnes creaturæ tuæ; quia dixisti, & facta sunt: misisti Spiritum tuum, & creata sunt.]

191

Licetus:

Si ergo de creaturis omnibus agens divina pagina, testatur quod iubente Deo, cunctæ factæ sunt, & creatæ sunt; quid audeat Ferchius contradistinguere facta à creatis, creaturas à factis? Itidem in eandem sententiam Genes. 1. aic versione vulgata, Chaldaica, & Pagnini

P

Moses:

Moses:

192 [In principio creauit Deus caelum & terram (septuaginta
 193 vertentibus) In principio fecit Deus caelum & terram . (&
 193 mox ver. 18. & seqq.) Et vidit Deus quod erat bonum, & ait :
 Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram .
 Et creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam ;
 ad imaginem Dei creauit illos : masculum & feminam crea-
 uit eos : & vidit Deus cuncta quae fecerat , & erant valde bona .
 194 (& cap. 2. ver. 3.) Compleuitque Deus die septimo opus su-
 um , quod fecerat . Et benedixit diei septimo , & Sanctifica-
 uit illum , quia in ipso cessauit ab omni opere , quod crea-
 uit Deus vt faceret .]

Licetus:

Tot oraculis adeo manifestis Moses pro Synonymis vtitur
 vocabulis, *facere*, & *creare*: & Ferchius e contra, principa-
 le suae opinionis fundamentum, *facere*, distinctam omnino
 rem significare dicit ab ipso *creare*? Verum similiter agens
 de omnibus, & iisdem creaturis, quas factas esse non semel
 ait, ps. 32. & ps. 138.

David:

195 [Quia ipse dixit, & facta sunt; ipse mandauit, & creata sunt.]

Licetus:

Quomodo dissimulat oracula tam clara Ferchius? & illis
 aperte contradicens, contradistinguit a creatis facta, Mace-
 donium Arianum audiens, & Aduersarium Legis & prophe-
 tarum, improbatos ab Athanasio, & Augustino, Sanctis & or-
 thodoxis doctoribus, vt antea vidimus? At etiam istam opi-
 nionem Ferchii coarguit Ioan. 1. & D. Paulus Colof. 1. Nam
 de Filio Dei scribit

Euange-

Euangelista, & Paulus:

[Per quem omnia facta sunt (& Apostolus) Qui est ima- 196
go Dei inuisibilis: primogenitus omnis creaturæ; quia in ip-
so condita sunt vniuersa, in cælis, & in terra, visibilia & in-
uisibilia: siue Throni, siue Dominationes, siue Principatus,
siue Potestates. Omnia per ipsum, & in ipso creata sunt.]

Licetus:

Itaque dum Euangelista scribit, *Omnia per ipsum Filium
Dei facta sunt: & Apostolus ab eo minime dissentiens ait de
eodem Filio Dei: Quia in ipso condita sunt vniuersa: & Omnia
per ipsum, & in ipso creata sunt;* non discernunt viri sancti,
catholicorum principes, cum Ferchio, & Macedonio Aria-
no, Aduersarioque Legis & Prophetarum, à creatis facta;
sed illa prorsus eandem habere naturam, & productionem
confitentur. Itidem & Symbolum catholicum, tam Apосто-
lorum, quam Nicænorum Patrum recipit ex æquo concinens

S. Mater Ecclesia:

[Credo in Deum Patrem omnipotentem creatorem cæli 197
& terræ: Et, Credo in vnum Deum, Patrem omnipoten-
tem, factorem cæli, & terræ, visibilibus omnium & inuisi-
bilium.]

Licetus:

Contradicit Ecclesia per hæc euidentissime Ferchio ponen-
ti, non omnia esse facta, nec omnia esse creata; contradistin-
guentique facta veluti producta de nihilo, à creatis, tanquam à
productis ex aliquo principio præexistente,

*Ferchium sibi met ipsi contradicere, dum contradistinguit à creatis
facta.*

Cap. XXIII.

198

Insuper autem non solum Sancti Patres omnes, & divina Scripturæ Ferchio contradicunt, distinguenti factum à creatō; Sed ipsemet sibi contradicit aperte, dum istiusmodi suam distinctionem, opinionis eius præcipuum fundamentum explicare satagit. Nam quum in defens. pag. 17. scripsisset

Ferchius:

„ Ergo facere proprie accipitur, quando dicitur aliquid fieri ex nihilo; sed creare, ex aliquo.

Licetus:

Hoc suum fundamentum dum postea declarare conatur omnino destruit, in eiusdem suæ defens. pag. 251. dicens

Ferchius:

199 „ Ergo si loquāmur de rebus factis, prima factarum est materia prima, quæ de nihilo facta est; cetera facta sunt de materia. Si loquāmur de rebus creatis, prima rerum creatarum est Sapientia Dei primogenita; non tamen prima factarum; quia non est facta; ceteræ creaturæ sunt productæ ex materia præexistente.

Licetus:

Quis hic non videt apertam contradictionem? De rebus factis, prout à creatis contradistinguuntur ait Ferchius, materiam primam esse primum factorum; cetera facta esse ex materia; De rebus creatis, prout à factis contradistinguuntur, ait

ait primam rerum creatarum esse Sapientiam Dei primogenitam; ceteras creaturas esse productas ex materia præexistente. Facta definit esse producta de nihilo: deinde statim ait, factorum materiam primam esse factam de nihilo; cetera facta esse facta de materia; quam non esse nihil, sed aliquid, asseruit, epist. Bald. pag. 46. Nonne contradictorium est, omnia facta esse producta de nihilo; & factorum solam materiam esse productam de nihilo; cetera factorum esse producta de materia? Nonne contradictorium est, inter facta de nihilo, quædam esse facta de nihilo, quædam de materia? Deinde si rerum factarum sola materia prima facta est de nihilo; ceteræ factæ sunt de materia; iam non prima, sed sola & unica materia facta esse Ferchio dici debuit, non prima factorum. Deinceps, si ceteræ res, præter materiam, sunt ex præ-²⁰⁰ existente materia; iuxta suam positionem Ferchius dicere debuit, solam materiam primam esse factam, quæ producta est ex nihilo; cetera vero, quæ producta dicit ex materia, secundum suam opinionem dici debuissent non facta, sed creata; quare Ferchio illa eadem fuerint, & facta, & non facta; & facta, & creata. Quocirca nunc antiquam illam mihi refert Ferchius Matrem feram, quæ Rhodigini relatu, lib. 11. antiquar. Lætion. cap. 13. semetipsam vorabat: & Polypum marinum, qui suos sibi cyrthos deuorare dicitur. Non ergo vera est Ferchij, Macedonij, & Aduersarii Legis & Prophetarum positio, statuentium facta contradistingui penitus à creatis, quod illa sint ex nihilo producta, hæc autem ex ali-²⁰⁵ quo præexistente principio; quum omnes Catholici Patres e contra sentiant, facta non distingui à creatis; sed eadem prorsus esse cum illis.

Filium Dei ad intra esse proprie creatum, affirmat cum Arianis Ferchius: negant omnino Sancti Patres Concilii Nicæni.

Cap. XXIV.

QUum sapius, ut vidimus, & 1. defens. n. 28. & 2. defens. n. 98. & in epist. de Productione Filii Dei ad Baldum pag. 35. 36. 46. scripserit hæc inde collecta

Ferchius:

300
 1. Creatio theologice, quæ est productio entis ex aliquo præ-
 2. supposito principio, & inexistente in re producta, extendi-
 3. tur & ad intra in Deo, & ad extra in creaturis. Vnde Sa-
 4. pientia, quæ Filius est, dicitur creata ex præexistente sub-
 5. stantia Dei Patris, similiter ac omnes aliæ creaturæ de
 6. suo materiali principio.

Licetus:

Hanc sane positionem hausit ab Ario Ferchius. Nam apud
 S. Athanasium cum Ario disputantem to. 1. pag. 717. legitur

S. Athanasius:

301 [Quid Filius Dei, Deus ne est, an non? Arius: Deus crea-
 tus à Deo.]

Licetus:

Ita cuncti pariter Ariani, Filium Dei creatum proprie po-
 nunt à Deo Patre, sicuti locusta, bruchus, & cruca, dicebant;
 quorum dogma nunc proficetur & Ferchius. Sed in oppositum
 scribit aperte, contradicens to. 1. Concilior. pag. 534.

Concilium Nicanum:

302 [Ecce, apertissime ostensum est, ò Philosophæ, quod om-
 nis

nis creatæ naturæ. Filius opifex sit . Igitur si opifex est omnium creaturarum , ut verum est , tam earum quæ videntur , quam earum quæ intelliguntur ; manifestum est , quod vere Deus natura sit , & non instrumentum , ut ais , neque creatura , neque factura , neque Patre posterior.]

Licetus:

Quid ergo contra hæc audeat hincere Ferchius ; Filium Dei esse creatum ex præexistente substantia Dei Patris ? esse creaturam similiter ac omnis alia creatura ? Addit pag. 321.

Concilium Nicanum:

[Pater dignum se ipso , & æqualem genuit Filium , eo modo quo nouit ipse , qui eum genuit Pater , & qui ex ipso genitus est Filius , o Philosophæ . Præfers , o miser , Apostolicis dogmatibus Arii verba blasphema , creaturam , & instrumentum Filium Dei appellans . Audi ergo à nobis , o Philosophæ , si tamen Philosophus es , & crede non ipsum Filium Dei esse Sapientiam creatam rationalem ab ipso Filio Dei , qui fecit terram , & in habitabilem homini datam , Animum tuum conuertere ; non ad odium respicias , sed ad veritatem ; & ipsa Veritas ducet te , atque cognosces Filium Dei Vnigenitum non esse creaturam , sed ipsum creatorem , & opificem omnium creaturarum naturarum ; sicut & ipse parum respiciens intellexisti , & intelliges , si saluari desideras.]

Licetus:

Quomodo Ferchius Concilio dicenti Filium esse creatorem omnium creaturarum naturarum , non autem creaturam , audeat contradicens asserere Filium esse creaturam , & eum inter creaturas adnumerare ? Sed & pag. 126. addit idem.

Concilium Nicanum:

- 204 [Sufficiunt quidem quæ dicta sunt de operibus Sancti Spiritus, ô Philosophie, vt ipse credas simul cum Patre & Filio omnium factarum naturarum esse creatorem: & eiusdem diuinitatis atque substantiæ, cuius est Pater & Filius.]

Licetus:

En hic à Patribus Nicænis, contra Ferchium non minus quam aduersus Arium, decerni simul cum Patre Filium & Spiritum Sanctum esse creatorem omnium creaturarum, non autem creaturâ: & sic necessario conuellitur opinio Ferchii, numerans Filium inter creaturas. Addit posterius pag. 165. idem

Concilium Nicanum:

- 205 [Et hoc, Patri consubstantialem esse, nihil aliud ostendere, quam Filium Dei ad reliquas creaturas nullam habere similitudinem, sed Patri solum, qui cum genuit, omnino similem esse.]

Licetus:

Cur Ferchius numerat Filium inter creaturas? cur audeat affirmare sub eadem creaturæ communi definitione contineri Filium, quam ponit esse productionem entis ex aliquo principio præsupposito, præexistente, ac inexistente in re producta, si Filius nullam habet similitudinem cum creaturis, sed solum cum increato Patre suo? Quam Ferchii positionem improbat etiam, verbis ipsissimis ab Athanasio relatis

Concilium Nicanum:

- 206 [Nulla enim ratio vult, vt quod creat, eiusdem sit cum creatis naturæ. (& mox) Creatorem esse eiusdem naturæ cum

re creata; nulla ratio ostendere potest.]

Licetus:

Quum ergo Filius eiusdem naturæ cum Patre sit; cui est consubstantialis; nec eiusdem naturæ sit cum vllis rebus creatis; quomodo contra Concilij determinationes istas Ferchius asserere non veretur Filium esse creatum à Patre suo? esse creaturam Dei Patris? esse similiter creatum ex aliquo præexistente principio, sicut omnis creatura sensibilis, Adam, terra, & id genus? Sed vterius addit S. Athanasius pag. 251. referens decreta

Concilij Niceni:

[Episcopi igitur sublatis Eusebianorum vocabulis; istam formulam sanæ Fidei conceperunt: omnibusque subscriben-²⁰⁷tibus, subscripserunt & ipsi Eusebiani ijs rebus, quæ nunc culpant. Loquor autem de vocabulis substantiæ, & consubstantialitatis: approbantes Dei Filium nullo modo facturam, aut creaturam esse; sed factum, Verbumque ex Patris substantia.]

Licetus:

Quomodo contradicere nunc his audeat Ferchius; asserens Nicenos Patres non negasse Filium esse creatum? Deinde vero proferens Arianorum hæresim pag. 254. to. 1. referensque decreta Concilij scribit

S. Athanasius:

[Aiunt igitur isti magna cum temeritate: Creatum siquidem, & factum est Verbum, externum, dissimilemque Patri,²⁰⁸ quantum ad ipsius substantiam pertinet. Neque enim Verbum naturalis & Verus Filius Patris est, sed res condita, & vnum e numero creaturarum.]

Q

Licetus:

Licetus:

Ferchius quidem ab istis Arianis in eo diffidet; quod Verbum factum esse negat, & externum, dissimilemque Patri quantum ad ipsius substantiam; asseritque verum esse Filium Patris. Sed in eo cum Arianis, in oratione quinta damnatis ab Athanasio, communicat, quod Filium inter conditas res enumerat; & cum istis, vnum e numero creaturarum esse, frequentissime ponit. Subdit Athanasius pag. 255. to. 1. de Arianis, referens

Nicane Synod. decreta:

209 [Sed his conuicti, & refutati fortasse dicent, quod tam sepe per summam impudentiam dixerunt Ariani, sic ad istum modum putare, Filium prærogatiuam præ alijs habere, Vnigenitumque appellari, eo quod vnus ille à solo Patre conditus sit; cetera vero à Deo per Filium creata sint.]

Licetus:

Ista dubio procul est ipsissima positio Ferchij, qui similiter ait à solo Patre Filium creatum esse: cetera per ipsum Filium à Patre condita. Sed audiat Ferchius quomodo statim hanc opinionem suam confutet illico.

S. Athanasius in Concilij decretis:

210 [Quis, queso, vestrum animus nouam istam, & stultam cogitationem subiecit, vt affirmetis Patrem suamet opera Filium suum duntaxat condidisse; cetera autem omnia per Filium, tanquam per adiutorium fuisse facta? Si enim ad solum Filium suamet opera condendum sufficit Pater, non item ad cetera quod defessus esset; impium est talia de Deo cogitare.]

Licetus:

Licetus:

Sed nihilo minus est impium asserere, creationem eiusdem generis edi, tum à solo Patre ad intra, qua creetur Filius: tum a Patre simul & à Filio pariter ad intra, qua creatur Spiritus Sanctus: tum, ut ait Ferchius, à tota Trinitate fieri, qua sensibiles omnes creaturæ condantur ad extra. Nam eiusdem generis esse non potest productio ad extra cum productione ad intra. Subiungit mox Aduersus Arianos Athanasius ex

Concilij decretis:

[Quod si, postquam Filium condidit, cetera ut indigna quæ sua opera creentur, contemnit; etiam illa vestra opinio impietate non caret; non enim est factus in Deo.]

Licetus:

Sed maior esse videtur impietas in opinione Ferchij, dicentis à solo Patre creari Filium: à Patre simul & à Filio Spiritum Sanctum ad intra condi: & à tota Trinitate res ad extra creari; quum creatio sit actus omnipotentia; maioris moliminis Ferchius ponere videtur creationem ad extra, ad quam tres personæ requiruntur, quam sit creatio ad intra; cui vel vnica, vel gemina tantum persona diuina sufficere videtur, ex Ferchij positione. Ceterum addit de Patre S. Athanasius ex

Concilij decretis:

[Ipse est, qui per Verbum suum omnia, & magna, & parua fecit; neque hac parte res creatæ distinguendæ sunt, ut dicas, has esse creaturas Patris, illas Filii.]

Q 2

Licetus:

Licetus:

Hæc plane contradicunt Ferchio, ponenti rerum creaturam, Filium esse creaturam solius Patris: Spiritum Sanctum autem esse creaturam Patris & Filij; sed omnia condita forinsecus creaturas esse totius Trinitatis, Patris, Filij, & Spiritus Sancti simul cooperantium. Addit S. Athanasius ex eiusdem

Concilij Niceni Decretis:

213. [Unus igitur haberi debet, pro vestra sententia, de quibus
in psalmis 32. & 138. Spiritus loquitur: *Ipse dixit, & facta
sunt: ipse mandavit, & creata sunt:* Quis igitur ille est, cui
Deus mandavit, ut Filius crearetur; quum oporteat ut sit Ver-
bum, cui Deus mandet, & in quo cetera cuncta condantur?
Atqui aliud Verbum non poteritis ostendere, præter illud,
quod abnegatis, nisi novum sophisma excitetis.]

Licetus:

Hæc evidenter contradicunt Ferchio, dicenti, Filium esse unum de rebus creatis. 2. defens. n. 98. *Si loquamur de rebus creatis, prima rerum creatarum est Sapientia Dei primogenita.* In hoc enim communicat cum Arianis, quos hic improbat Concilium. Addens, Athanasio referente, postea pag. 256.

Concilium in actis:

[Non licet creatorē cum rebus ab ipso creatis connumerare.]

Licetus:

At vero Ferchius id efficit passim, dum inquit, 2. def. n. 97 & epist. Bald. pag. 77. *Filium ideo primogenitum omnis creaturæ*

re nunenpari, ut & ipse creatura esse intelligatur. & si loquamur de rebus creatis, ait primam rerum creatarum esse Sapientiã Dei primogenitam. Qua de re contradicentes habet sibi Patres Nicæni Concilij. Subdit Athanasius pag. 267.

Ex Concilij decretis:

[Quum Synodus in eo esset, ut Arianorum impia vocabula tolleretur, & voces adhibere vellet, quæ sine controuersia sacrarum literarum essent; nimirum Filium eum esse; & nequaquam ex non entibus esse; eumque & Verbum esse, & Sapiëntiam, & nequaquam creaturam, nec facturam; sed germen sui Patris esse.]

Licetus:

Ex his Arianismis, à Concilio damnatis, illos duos profiteretur Ferchius, quo statuit, Filium esse creatum, esse primam creaturam. & mox pag. 267. 268. addit apud S. Athanasium

Concilium in suis decretis:

[Sed ut Deus omnia per Verbum, quum prius non essent, ad essentiam produxisse intelligatur: Verbum autem quum creatura non sit, vere ex Deo solum & est, & esse prædicandum est. Istius rei intellectus ijs vocibus concipitur, quibus dicitur eum ex substantia Patris esse; id enim nulli creaturarum datum.]

Licetus:

His Concilij Nicæni Patres contra Ferchium decernunt, non solum omnia creaturarum genera vniuersim accepta, de nihilo producta fuisse; adeoque ponunt creationem ex nihilo; sed etiam Filium eximi ab omni creaturarum censu; quod nulli creaturarum datum sit esse productum ex substantia Dei Patris, ex substantia Dei creatoris sui. Quomodo Ferchius

ergo

ergo dicit Filium esse creaturam? esse proprie creatum ex substantia Dei Patris? Quomodo dicere non veretur, Nicenos Patres non negare Filium esse creatum? esse creaturam? Ad-
dit pag. 269. S. Athanasius in decretis

Concilij Nicani:

216 [Ceterum quandoquidem illa ex Patre Filij generatio alia est à natura hominum; Filiusque non solum similis, sed indissociabilis est à Patris substantia; & quia ambo vnum sunt, ut ab ipso dictum est; semperque in Patre est Verbum, & Pater in eo, sicut Splendor respectu lucis; hoc enim vox illa; *consubstantiale*, significat. Ideo Synodus, re perpensa, recte eum consubstantialem esse tradidit, ut & hereticorum subuergeret malitiam; & ostenderet eum alium esse à rebus creatis.]

Licetus:

Si Nicenum Concilium, ut ostenderet Filium esse alium à rebus creatis, decrevit ipsum esse consubstantialem Patri; quomodo Ferchius ait, Nicenos Patres non negare Filium esse creatum? quomodo ipse numerat illum inter creaturas? & ait eum esse primam creaturam? & vnā de rebus creatis? Ad-
dit autem statim S. Athanasius inter

Decreta Concilij:

217 [Synodus post decretum illud, quoque addidit: Qui dicunt Filium Dei ex non entibus extitisse, aut creatum esse, aut veribilem esse, aut opus esse aliquod conditum, aut ex alia substantia prodijisse: eos anathemate percutit Sancta, & catholica Ecclesia.]

Licetus:

Istarum blasphemiarum, à Sancto Concilio damnatarum, vnā illam Ferchius profitetur, qua dicit Filium esse creatum,

rum; sicut Adam, Eva, Mundus, & alia creatura qualibet. Mendacique propositione scribit, Nicenos Patres non negavisse Filium Dei esse creatum. Adiungit illico S. Athanasius

De Patrum decretis:

[In his verbis, ex substantia, & consubstantiali esse, vim ²¹⁸ peremptoriam Patres voluere contineri, ad eludendas has argutiolas, Filium creatum, aut factum, aut mutabilem esse, aut non fuisse antequam nasceretur. Qui enim ita sentit, contradicit Synodo.]

Licetus:

Ferchius ergo contradicit Synodo Nicenæ, dum ex damnatis ab ea tot argutiolis vnam proficitur, dicens Filium esse creatum. Falsoque ponit à Nicænis Patribus non negari Filium Dei esse creatum. Post hæc autem S. Athanasius pag. 273. d. scribit de Synodi eiusdem

Nicæna decretis:

[Sin autem ille Filius est Verbum, & Sapientia Patris; ²¹⁹ per quam Pater revelatur, & cognoscitur, & creat, & sine quo Pater nihil omnium fecit; nimirum sequitur, ut ille sit is ipse, qui ex Patre est; de quo enim omnia creata partici- ²²⁰ pant; quum consortes Sancti Spiritus efficiuntur. Talis igitur quum sit, nequaquam ex non entibus emerit, neque ²²¹ vlla ratione creatura fuerit.]

Licetus:

Si ergo Filius non solum non emerit ex non entibus; sed neque vlla ratione creatura dici, vel esse potest, ex decreto Concilij Nicæni; quomodo Ferchius ait Filium esse creaturam? & Patres Nicænos non negare Filium esse creatum? S; Filius est, per quem Pater creat; & de quo omnia creata ^{partici-}

participant; quomodo creatum esse, diciue potest à Ferchio? Num Pater creat Filium per ipsummet Filium? Num Filius de semet ipso participat? Absit. Adiungit mox pag. 274. S. Athanasius

Ex decretis Concilij:

122 [Ceterum neque opus aliquod esse, neque creaturam Verbum Dei, sed proprium Paternæ substantiæ germen, idque indiuisibile, vt scribit magna Synodus.]

Licetus:

Ergo Concilium negat Filium esse creatum; quum, vt antea vidimus apud S. Athanasium, idem sit creatum, & opus. Ergo Nicæni Patres aperte negant Filium esse creaturam, contradicentes Ferchio. Sed & addit S. Athanasius pag. 276.

Ex decreto Concilij:

124 [Ceterum non minus culpandi sunt, qui Filium Dei opus credunt, & factum esse Dominum opinantur; quum sacra eloquia generationem, ei congruentem & decentem; non autem formationem, & creationem testimonijs suis attribuant.]

Licetus:

An non his Nicæna Synodus, teste S. Athanasio, negat Filium Dei esse creatum? an non solummodo genitum affirmat? contradistinguens omnino generationem à creatione, contra Ferchii non minus, quam Arii dogmata? Ibidem subiungit S. Athanasius

Ex Concilij decretis:

125 [Et frequenter in sacris literis inueneris eum genitum narrari, non autem factum; vnde clare reuincuntur, qui falsa de Filii

[Fili] natiuitate suspicantes, eius diuinam & ineffabilem generationem, creationem, factionemue non verentur appellare.]

Licetus:

His apertissime Ferchius notatur, qui diuinam [Fili] generationem dicit passim esse creationem, eamque generis eiusdem cum creatione Adami, & alterius cuiusque creaturæ. Denique pag. 278. scribit idem S. Athanasius

Ex decretis Concilij:

[Ariani ab Ethnicis nomen *Ingeniti* mutuo sumendum arbitratu sunt, vt per occasionem huius vocabuli, inter facta, & creata Dei Verbum, omnium creatorem insererent, & eiusdem classis efficerent; ita sunt ad impietatem effrontes, & in blasphemando Domino peruicaces.]

Licetus:

Caneat ab isto Concilii fulmine Sibi Ferchius, qui Filium Dei sæpe ponit in classe rerum creaturarum, immo sub eadem creaturæ definitione collocat. i. defens. n. 28. & 2. defens. n. 27. 28. & in epist. ad Bald. pag. 35. 36. 46. & alibi passim, vt antea vidimus. Itaque Patres Concilii Nicæni sapissime contra positionem Ferchii manifeste negauerunt, æternum Dei Filium esse proprie creatum, esseque creaturam.

D. Athanasium etiam ex propria sententia negare Ferchio Filium æternum esse proprie creatum, esseque creaturam ostenditur.

Cap. XXV.

Verum & contra Ferchium, dum Arianorum errores euer-
tit S. Athanasius, militat etiam multis rationibus osten-
dens

dens Verbum non esse creatum proprie, neque creaturam vllō modo. Quas quidem raciones nobis colligere libuit ex ipso-
met Athanasio, sua dogmata referente vniformia cum dog-
matibus Concilii Nicani, nōper allatis. Ait ergo to. 1. pag.
286. in sua orat. 1. contra Arianos

S. Athanasius:

227 [Quid item Arianis cum scripturis? aut cur eas proferunt
homines isti, qui creaturam asserunt esse Dei Verbum: & (vt
Ethnici solent) cultum exhibent creaturæ, omissio creatore?]

Licetus:

Sane Ferehius creaturam asserit Dei Verbum, eiusdem ge-
neris cum omnibus creaturis, 2. defen. n. 97. & epist. Bald.
pag. 77. talique suæ creaturæ cultum diuinum exhibet: atque
ad suum hoc dogma confirmandum profert easdem Scripturas,
quibus vtuntur Ariani vt vidimus. Deinde pag. 296. addit

S. Athanasius:

228 [Et Apostolus Rom. 1. quidem increpat Ethnicos dicens
Seruierunt creaturæ potius, quam creatori. Isti autem Christum
quum esse creaturam pronunciant; & illi, quanquam creaturæ,
religionis cultu ceremoniisque inferuiant.]

Licetus:

Similiter Ferehius Filio Dei æterno; quem creaturam
esse profitetur, cultum religionis exhibens & ceremonias,
inferuit; quum nulla creatura per patriæ cultum debeat ado-
rari. Deinde to. 1. pag. 294. blasphemias Arii recensens,
hanc inter ceteras dampnat de Filio, de Verbo, sumptam.

Ex Ario S. Athanasius:

[Tum enim excieit , quum Deus eum conditum voluit . 229
Nam inter omnia opera eius ipse quoque connumerandus est.]

Licetus:

Hæc Arius: quæ profitetur & Ferchius in suæ defens. lib. 1.
n. 28. & lib. 2. n. 97. 98. & in epist. ad Bald. pag. 35. 36. 46.
77. Vbi Filium esse creatum à Deo Patre ponit: & inter crea-
turas omnes à Deo creatas enumerat: dicitque primogeni-
tum omnis creaturæ nuncupari, vt & ipse creatura esse intel-
ligatur: eumque recenset in eodem genere, atque sub eadem
communi definitione creaturæ. Mox pag. 297. inter Arii di-
cta ponit

S. Athanasius:

[Ex genitis conditisque ipsum proprium & Unigenitum
Patris Filium & Sapientiam esse, eumque creaturam esse, & 230
opus Dei constituit Arius.]

Licetus:

Ita Ferchius generationem Filii non distinguens à creatio-
ne, dicit Verbum esse creaturam Dei Patris, Filium, & Sa-
pientiam, memorans inter res creatas. 2. defen. n. 98. Præte-
rea culpæ Arianos orat. 1. pag. 296. aiens

S. Athanasius:

[Non animaduertentes, quum ista loquuntur; quod eum iam
non vnum cum Patre, sed vnum cum multis creatis faciunt.] 231

Licetus:

Ita sane Ferchius, dum a. defens. n. 98. scribit: *Si loquamur de rebus creatis, prima rerum creatarum est Sapientia Dei primo genita: non animadvertit se Filium, non vnum cum Patre in creato, sed vnum cum multis creatis facere.* Subdit to. 1. pag. 297. orat. 1.

S. Athanasius:

232. [Creaturam autem eum esse, in animum inducunt, non animadvertentes quam plena impietatis sit ista opinio. Nam si creatura est, quomodo ipse aut creaturarum conditor, aut Filius, & Sapientia, & Verbum fuerit? Verbum enim non creatur, sed gignitur. Et creatura non Filius, sed opus esse certum est. Quod si creaturæ per eum conditæ sunt, ipseque creatura est: cuius, queso, creatura habendus est? Necessum est enim, opera per aliquem fieri, uti per Verbum facta sunt omnia, eo quod Verbum opus non erat, sed Patris sui Ratio.]

Licetus:

Ista non Arianismum solum euertunt, sed opinionem Ferchii, saepe repetentis Filium esse creaturam, & esse creatum: dum hic absolute dicit S. Athanasius, Verbum non creari, sed gigni; quod ait Ferchius e contra Filium & gigni, & creari: sub eodemque genere, sub eadem omnino definitione communi Filium cum rebus creatis inueniri; quia & cum tabernaculo legali, & cum operibus manufactis. Addit pag. 299. orat. 1.

S. Athanasius:

233. [Tam quum dicat Apostolus 1. Corin. 1. *Christus potentia, & Sapientia Dei: isti Ariani multis alijs potentiis eum, ut vnum ex illis, adnumerant; & quod terribilimum, crucis, aliisque brutis,*

brutis, ad cladem aliorum ab eo immixtis, ipsum scelera-
tissimi comparant.]

Licetus:

Cur non horret ista fulmina Ferchius, dum 2. defen. n. 98.
rebus creatis omnibus Filium adnumerat? Dumque in epist.
Bald. pag. 35. 36. 46. Filium Dei comparat cum terra, mi-
stis inanimatoris, & brutis ratione carentibus omnibus; quin &
cum rebus artefactis, inter quas locum habent Idola Genti-
lium, opera manuum hominum? Insuper addit orat. 2. pag. 324.

S. Athanasius:

[Sequitur ut fas videatur esse, id quod creatum est, cum
creatore connumerare. Ceterum id nequaquam ita se habet.
Abfit. Non enim creatitia res est Trinitas.]

Licetus:

Sed contra ista Ferchius, numerat res creatas, easdemque
vilissimas cum creatore Filio, & Spiritu Sancto, 2. defen. n.
98. & alibi. Trinitatemque ponit rem creatitiam, cuius uni-
cam personam Patris afferit increatam; Filium autem, &
Spiritum Sanctum esse creatos suarum obseru. pag. 9. Adjun-
git illico pag. 325. B. or. 3.

S. Athanasius:

[Ea enim peculiaria sunt Echnicorum, ut creatam introdu-
cant Trinitatem, eamque rebus creatis adæquent. Rerum
enim creatarum est, defectus & augmenta accipere: Chri-
stianorum contra Fides, immutabilem, perfectam, & semper
vnius conditionis, beatam illam Trinitatem agnoscit; neque
vquam plus Trinitati apponit; neque illam vlla ex parte di-
minutam fuisse arbitratur; vtrumque enim horum impium cen-
sendum.

sendum est : Ideoque cum rebus creatis misceri non posse certum habetur.]

Licetus:

Ferchius autem rebus creatis adnumerat duas Trinitatis personas, Filium, & Spiritum Sanctum. Dumque Filium asserit esse creatum ex præexistente substantia Dei Patris, in illa præexistentia Trinitatem diminutam ponit, nempe solum Patrem, absque Filio, & Spiritu Sancto. Et in termino illius præexistentiæ Paternæ, Filium per eius creationem apponit Patri; deincepsque utrisque apponit per suam etiam creationem Spiritum Sanctum; quæ sententia damnatur impietatis hic à S. Athanasio. Præterea orat. 2. pag. 326. ait idem

S. Athanasius:

236 [Sapiencia ista Verbum est : & per illud, ut Ioan. 1. inquit, facta sunt omnia : & sine ipso factum est nihil : & idem Verbum illud est ipse Christus. Vnus enim Deus Pater, ex quo omnia; & nos in eo : & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per eum. Si enim omnia per eum, ipse in grege, ordineque aliorum connumerari non debet.]

Licetus:

Cur ergo frequenter Ferchius in ordine rerum creatarum; & in grege omnium creaturarum Filium, Dei Sapienciam, enumerare non veretur? id enim facit 1. defen. n. 28. 2. defen. n. 97. 98. & in epist. Bald. pag. 35. 36. 46. 77. Ceterum eadem orat. 2. pag. 335. ait

S. Athanasius:

237 [Records Ariani: quid simile inter Filium, & rem conditam; ut quæ sunt in Patre, ea ad res conditas transferant?]

Licetus:

Licetus:

Non minus quam Ariani, Ferchius hisce notatur, qui transfert ad res creatas Filium, de semetipso dicentem, in Evangelio Ioannis, *Quia ego in Patre, & Pater in me est*. Subdit mox pag. 340. de Arianis Deum Patrem solum increatum dicentibus, Filium vero creatum,

S. Athanasius:

[Quum enim eum appellant Deum increatum, ex operibus creatis, quemadmodum dictum est; conditorem eum duntaxat, & opificem designant arbitantes se se eo modo pro sua libidine, Verbum quoque Opus esse ostendere posse; quum e diuerso, qui Deum Patrem appellat, ex Filio ipsum qualis sit declarat: non ignarus interim omnia, quæ creata sunt, per Filium creata esse. Qui autem Deum increatum scribunt, solummodo ex operibus ipsum designantes: ne ipsi quidem Filium, ut omnes Ethnici, cognitum habent. Contra, qui Deum Patrem nuncupant, eum ex Verbo suo qualis sit declarant. Porro qui Verbum, siue Rationem cognitam habet, cognitum quoque habet eum Opificem rerum esse, & animo comprehendit, omnia per istum condita esse.] 238

Licetus:

Sic ergo contra Ferchij dogma S. Athanasius ostendit, Filium esse, per quem omnia, quæ creata sunt, vere condita & creata sunt, adeoque Filium proprie non esse creatum, nec inter creatas res numerari posse; qui creator omnium, semetipsum creasse, nefas est allerere. Addit autem orat. 2. pag. 342. D.

S. Athanasius:

[Quippe quum Scriptura secundum Psalmodicos hym- nos, 139

to. i. omnium rerum genitarum, & totius creaturæ indolem conditionemque sub vocabulo cæli & terræ variabilem mutabilemque declarans, super omnia ista Filium efferat; eoque ipso minime illum genitum, hoc est creatum ostendat; Filiumque ex eo numero eripiens, palam faciat eum omnino creatum non esse, &c.]

Licetus:

His vir Dei tribus Ferchij dogmatibus contradicit; Ariana-
 240 nam Doctrinam habentibus; primum est, generationem à crea-
 141 tione non distingui; secundum est, Filium esse numerandum
 inter res creatas; tertium est, Filium esse creatum ad intra
 siue in Deo, & in Trinitate, vt dicunt Ariani. Nam hic S.
 Athanasius palam esse dicit ex diuina Scriptura Filium omni-
 no creatum non esse; quare nec extra Trinitatem, vt proprie
 dicæ creaturæ; nec intra Trinitatem in Deo, contra placi-
 tum Arjanorum, & Ferchii; contra quos quartum addit S.
 Pater, omnes res creatas, à scriptura sub vocabulo cæli & ter-
 142 ra comprehendi, & habere naturam variabilem; quæ prorsus
 excluduntur a Filio, & à S. Trinitate; in qua propterea non
 admittit vllam creationem, vllam omnino rem creatam. Ad-
 dit illico, probans id pag. 347. 348.

S. Athanasius:

143 [Creata enim quum ex non entibus sint, neque prorsus
 entia erant, prius quam fierent, eo quod non entia in essen-
 di naturam prodierint, alterabilem habent conditionem.]
 Filius contra, quum e Patre sit, ac eius substantiæ proprius,
 inalterabilis est, ac immutabilis, quemadmodum ipse Pa-
 ter. Quoniam nefarium dictu est, ex substantia immutabi-
 li mutabile Verbum progigni, aut Sapientiam alterabilitatis
 capacem.]

Licetus:

Licetus:

Hic Athanasius ponit, omnia creata, producta fuisse de nihilo primitus, & esse mutabilia; quapropter Filium segregat ab omnibus naturis creatis, cuius naturam veneratur immutabilem. Quam sententiam D. Augustinus contra Felicianum complectitur, ut infra videbimus. Adiungit orat. 2. pag. 352. C. D.

S. Athanasius:

[Etiam illud Psalmographi eundem intellectum; eumque rectum, quem prout isti interpretantur, psalmus tamen 144. illum pius esse demonstrat, quum inquit: *Thronus tuus, Deus, in seculum seculi: virga directionis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis praecipue tuis.* Videte Ariani, & saltem vel hinc veritatem cognoscite: Participes Domino nos omnes Psalmista appellavit. Hic, Filius, si unus ex non entibus, & ex creatis esset, fuisset & ipse unus ex istis participibus. At qui quum eum ut Deum aeternum, suo hymno celebravit, dum inquit: *Thronus tuus, Deus, in seculum seculi: Et reliqua omnia ex eo partem capere declaravit; quid aliud intelligendum, quam alium illum esse a rebus creatis, Patrisque solum ac verum Verbum, splendorem & Sapientiam? ex quo omnia creata participant, & sanctificantur ab eo per Spiritum.*]

Licetus:

Qui non habet intellectus oculos omnino caecos, clare videt hic ab Athanasio prorsus eximi Filium Dei ex omnium rerum creatarum numero. Deinde orat. 2. pag. 316. A. scribit de Filio Dei

S. Athanasius.

Non enim alterius erat coniungere hominem eum Spiritu Sancto, 245

Sancto, quam tui ipſius, qui es imago Patris, ad quam ab initio creati eramus; quoniam Deus est Spiritus. Neque enim rerum conditarum natura digna erat, aut idonea ad id negotium; quum & Angeli pruaricati eſſent, & homines inobedientes fuiſſent; ideo opus erat ipſo Deo; Verbum autem eſt Deus, vt eos, qui ſub maledictione eſſent, aſſeruaret.]

Licetus:

Contradiſtinguitur hic Verbum, ſue Filius, qui Deus eſt, à toto genere rerum creatarum, contra opinionem Ferchij, ponentis Filium inter creaturas. Id ipſum illico repetit contra Ferchium adiungens

S. Athanaſius:

246 [Si igitur ex non entibus exiſtiſſet; Chriſtus eſſe non potuiſſet, utpote vnus e vulgo rerum, & participator cum ceteris futurus.]

Licetus:

Nimirum omnes absolute creaturas ponit primordiale originem ex nihilo habuiſſe, ſiue mediate, ſiue immediate; & ideo inter eas Filium connumerari non debere; vt poſtea ſcripſit contra Felicianum S. Auguſtinus, infra referendus; Et adhuc orat. 2. pag. 362. addit

D. Athanaſius:

247 [Quum igitur ad iſtam modum res deſcripta ſit, non creatus inde, o Ariani, Filius oſtenditur; ſed alius à rebus creatis.]

Licetus:

248 Quid euidentius dici poterat contra Ferchium, qui ponit Filium

Filiam esse rem creatam, in eodem genere, atque sub eadem communi sua definitione cum creaturis? Sed ulterius pag. 363. D. orat. 2. ait

S. Athanasius:

[Quod si iterum a terita fronte violenter obijciant, verba ista per comparisonem esse dicta; & propterea comparata eiusdem generis esse debere; atque inde colligi Filium habere genus, & naturam Angelorum; saltem eos pudebit: quod si Valentini & Carpocratis imitatores se præbeant: atque eadem sonent, quorum Valentinus Angelos congeneres Christo pronunciauit: Carpocrates autem eos mundi conditores appellauit: A Magistris nimirum eiusdem farinae & isti instituti sunt, qui Verbum Dei cum Angelis in comparisonem mittunt: Sed confundentur in istis euanidis suis imaginationibus à Psalmista, qui ita loquitur ps. 81. *Quis comparabitur Domino in Filiis Dei? aut quis inter Deos assimulabitur tibi Domine?* Sed tamen audiant modo, vel sic intelligant, in congeneribus solere ex confesso comparisonem fieri, non autem in ijs, quæ genere disconueniunt. Nemo enim Deum cum homine contulerit, aut hominem cum Deo.]

Licetus:

Quid S. Athanasius diceret de Ferchio, qui Deum Filium confert in eodem genere creaturæ cum Adamo, Eua, terra, mistis inanimatis, brutis animantibus, & artefacto tabernaculo materiali? Sic enim scribit 1. defen. n. 28. 2. defen. n. 97. 8. epist. Bald. pag. 35. 36. 46. & alibi; quæ loca superius attulimus. Itidem or. 2. pag. 362. D. ait

S. Athanasius:

[Ceterum quum dicit Psalmista de Filio Dei, cum fundat se vniuersa, ostendit illum esse aliam à rebus creatis.]

Licetus:

At contradicit Ferchius, asserens 2. def. n. 98. Filium esse unum ex rebus creatis. Addit illico pag. 364. or. 2.

S. Athanasius.

250 [Quare quum alius sit, & diuersæ essentia, præter rerum creatarum naturam; quæ, quæso, comparatio, aut similitudo eius fuerit ad res creatas?]

Licetus:

Ista contradicunt aperte Ferchio, sub eadem omnino definitione sua, & essentia communi, complectenti Filium Dei & creaturas omnes; etiam sensibiles, atque viles, 1. defen. n. 28. & alijs eius locis antea productis. Addit autem ibidem

S. Athanasius.

251 [Quod si rursus aliquid comminiscantur; non deerit Paulus, qui eos refutet, hæc eadem loquens, Hebr. 1. 5. Cui enim dixit Angelorum, psal. 2. 7. Filius meus es tu: Ego hodie genui te? & de Angelis longe aliter, ps. 103. Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Ecce res creatas fieri pronunciat, easque nominibus operum appellat; Filium autem non creari, aut fieri dicit. &c.]

Licetus:

Multa his Ferchij dogmata damnantur; quibus tum contradistinguit factum à creato: tum non contradistinguit creatum à genito: tum Filium ait esse creatum; in eodemque censu, genereque numero uniuoce cum rebus omnibus creatis, nedum cum Angelis, creaturis nobilissimis, Athanasio, & Apосто-

Apostolo contradicente. Sed audet Ferchius Filium Deum comparare cum terra, & brutis animantibus, rebusque vilissimis. Addit or. 2. pag. 365. A.

S. Athanasius:

[Ceterum, quandoquidem Apostolus ipse scripsit, ut in 252
verbis superioribus demonstratum est, Filium esse sobolem sub-
stantiæ Patris; illumque conditorem esse; has autem creatu-
ras ab ipso condi: eumque esse & Splendorem, & imaginem,
& Sapientiam Patris; creaturas autem inferiores Trinitati as-
sistere, ac inseruire; fieri non potest, quin diversi sit generis
Filius, alteriusque substantiæ, quam res creatæ.]

Licetus:

Contra hæc asserit Ferchius, In Trinitate, nedum Filium,
sed etiam Spiritum Sanctum esse rem creatam: & in eodem
genere, ac sub eadem creaturæ definitione cum omni & qua-
libet creatura: vel negat ideo creaturas omnes assistere Trini-
tati, & illi seruire; quum Filius, & Spiritus Sanctus non assi-
stat, nec inseruiat Trinitati: tanquam creaturæ illi inferior-
res: Vel ponit Filium esse diuersæ substantiæ à Patre, ac esse
dicit creaturam; & Spiritum Sanctum etidem esse diuersæ sub-
stantiæ à Patre, & Filio; quorum asserit esse creaturam: Vel
ponit creaturam esse posse generis eiusdem, eiusdemque sub-
stantiæ cum creatore suo; quod hic, & alibi sæpe negat S.
Athanasius, asserens creaturam, quæcunque sit illa, differre
genere, substantiaque prorsus à suo creatore. Mox pag. 366. ait

S. Athanasius:

[Vetum quia non est ex numero creaturarum Verbum, sed
Filius Patris; ideo quanto ipsa est melior, melioraque ea sunt, 253
quæ instituit, tanto quoque punitio tetrior, atque grauior
fuerit. Spectent saltem gratiam per Christum datam; cogno-
scant

scant ipsum ipsis rebus probari, contestatumque reddi, alium diuersumque esse à rebus creatis, solumque verum Filium in Patre, & Patrem in Filio existere.]

Licetus:

228 Contra hæc ait Ferchius, Filium esse in numero creaturarum; neque metuit ob id vllam sibi punitionem, dum vult eum non esse alium diuersumque à rebus creatis, cum quibus ipsum communicare ponit in eodem genere proximo, & in eadem creaturæ vniuoca definitione. Quin etiam non veretur Patrem, qui existit in Filio, simul cum Filio ponere tanquam existentem in numero rerum creatarum. Absint hæc à nobis, & horum tetra grauisque punitio, quam S. Athanasius hic aperte minatur ista de Filio Dei sentientibus, ista de Deo dicere non veritis. Addit mox pag. 369.

S. Athanasius:

254 [Scriptum est ps. 30. *Fiat mihi in Deum protectorem, & in munitionem refugij, vt seruet me.* & ps. 7. 10. *Factus est Dominus refugium pauperi.* Et quæcunque illius generis in sacris scripturis reperiuntur. Quod si ista de Filio dicta esse asseuerent Ariani, quod fortasse verius fuerit, agnoscant Sanctos non à creato postulare vt auxiliator sit; ac deinceps verba ista, *factus, fecit, condidit*, transferant ad eius aduentum in carne; tunc enim auxiliator est factus, & domus refugij, quum peccata nostra suo corpore in lignum sustulit.]

Licetus:

Ista non audiens Ferchius, Filium ante carnis assumptionem creatum, & proprie conditum asserit; auxiliumque à creato postulat, nulla prorsus habita relatione ad carnem assumptam à Filio; dum Deum creatum in Trinitate cum Arianis existimat. Et post multa similia, orat. 3. pag. 323. addit

S. At-

S. Athanasius:

[Prius siquidem est Verbum, deinde creatura. Est enim ²⁵⁵ Verbum, etiamsi omnia impij moliantur, per illud enim creatura facta est; clarum igitur, manifestumque fuerit, Deum quum sit conditor, architectorque rerum, habere quoque Architectoriam Rationem, siue Verbum.]

Licetus:

Si Verbum est prius, deinde creatura; non ergo Verbum est creatum quid, aut creatura; vt existinat falso Ferchius cum Arianis. Mox addit ibidem pag. 373. B. C.

S. Athanasius:

[Nemo vero addubitauerit, quin coaptator coaptatione, ²⁵⁶ rebusque coaptatis anterior sit; posterioremque in Deo creationem, quam generationem esse; quippe quum Filius proprium quiddam sit ex beata illa & aeterna substantia; ista vero omnia ex voluntate eius; non ex ipso, sed forinsecus creentur, ac fiant per ipsius proprium germen ac sobolem.]

Licetus:

Contra Ferchium determinat hic Athanasius omnia creata fieri forinsecus per Verbum ex voluntate Dei; Verbum autem oriri, gignique, ante omnem creationem, intrinsecus ex ipsamet Dei substantia; creaturaeque cunctas per Verbum antea genitum creari. Addit or. 3. pag. 376.

S. Athanasius:

[Debent sentire de Domino, ipsum verum esse Filium, ²⁵⁷ Verbum, & Sapientiam Patris, non autem opus aliquod, aut
vllam

vllam rem conditam. Si enim opus est Filius, in quo Verbo aut qua tandem Sapiencia iste Filius conditus est? Omnia enim per Verbum, & Sapienciam condita sunt, sicut scriptum est: psal. 103. *Omnia in Sapiencia fecisti: & Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Quod si Filius est ipsum Verbum, ipsa Sapiencia, in qua omnia facta sunt, non haberi poterit aliquis e numero, ac grege factitiorum; siue creatitiorum; sed Patris sui soboles existimandus est.]

Licetus:

His plane contradicens Ferchius ait, Filium simul esse Patris eterni sobolem, & creaturam, in numero ac grege rerum creatitiarum, non factitiarum. Addit or. 3, pag. 376. D.

S. Athanasius:

258 [Rerum enim creatarum est, vt iudicentur, benedicantur & Filio, & præmijs condignis afficiantur: Timete igitur Iudicem, & credite Salomoni. Si enim omne, quod factum est, adducet Deus in iudicium: & Filius non est e numero eorum, qui iudicandi sunt; sed potius omnium rerum creatarum Iudex, qui, quæso, non clarius Sole patuerit, Filium rem factitiam non esse, sed Patris Verbum, in quo omnia fiunt, & iudicantur?]

Licetus:

In tanta claritate Solis æterni, cæcutit vt noctua qui cum Ferchio dicit Filium esse creatum, non tamen iudicio sistendum: esse Verbum Dei, per quod omnia facta sunt, Filium, per quem omnia creata sunt: non omnes creaturas, non omnes res creatas à Filio iudicari; quum ipse creatura sit, & in rebus creatis collocatus. Oh tenebræ palpabiles? Oh cæcitas in solo? Subdit or. 3, pag. 381.

S. Atha-

S. Athanasius:

[Famula si quidem Verbi est omnis creatura: quæ per Ver- 259
bum creata est, & condita.]

Licetus:

Id quidem Vir Dei didicit e sacra pagina, vbi Judith cap.
16. Deum orans dicit: *Domine, tibi seruiunt omnes creature tue.*
Quum ergo Filius in Trinitate non seruiat, neque famulus sit;
sed Dominus æque ac Pater, æqualis gloriæ; iam blasphemia
est, Filium dicere creatum cum Arianis, & Ferchio; Ver-
bumque numerare in creaturarum grege. Verum & à D. Pau-
lo, Coloss. 1. hausit Athanasius, omnem creaturam conditam
& creatam esse per Verbum. Vnde contra Ferchium colligi-
tur necessario Filium non esse creatum, non esse creaturam;
qui semetipsum creasse, condidisseque non potuit; nec dici
potest absque blasphemia. Sed addit vltterius orat. 3. pag. 388. D.

S. Athanasius:

[Creaturæ siquidem sanctificantur à Spiritu Sancto; Fi- 261
lius autem, quia non sanctificatur à Spiritu, sed eum omni-
bus largitur, manifeste ostendit se non esse creaturam; sed
verum Patris Filium existere.]

Licetus:

Contra Ferchius non distinguit Filium Patris à creatura
Dei, constituitque Filium esse creaturam, quia dicitur Pri-
mogenitus omnis creaturæ; sitque prima creatura Ferchio,
& ipse creatura similitur ac alia quælibet, etiam vilissima.
Addit mox de Arianis pag. 389. 390.

S. Athanasius.

262 [Scripserunt enim in hęc verba : *Creatura est; sed non sicut
vlla ex rebus creatis : opus est, sed non vt vllum ex operibus; res
condita est, sed non vt vlla ex rebus conditis.* Iam scilicet vide-
tis vafritiam & dolos istius hęcresis; quę non ignara quam
amarulenta sit ista sua malitia, fucus quarit, & lenocinium
sibi mutuatur ex verborum desertitudine; & quum dicat, quod
sentit, Filium creaturam esse, lateat tamen ob hunc prætex-
tum verborum, quod tamen si creatus sit, non tamen esse eum,
qualis vlla ex creaturis est.]

Licetus:

Quid obsacro, contra Ferchium dixisset D. Athanasius,
si eum audiuisset libere dicentem, sine vlllo verborum prætex-
tu, sine prorsus vlllo fuce, Filium Dei simpliciter esse creatu-
ram, esse creatum similiter ac alia res quęque creata, nul-
la penitus excepta? sicut Adam, Eua, terra, bruta, & artefā-
cta? Verum illico concludit contra Arianos ea dicentes, &
vtcunque verbis Filium segregantes ab alijs creaturis.

S. Athanasius:

263 [Atqui quum ad istum modum scribant, multo magis ea
ratione suam impietatem produnt. Si enim omnino vestro mo-
re opus existit; cur à vobis ad dissimulationem additur,
Sed non vt vllum ex operibus? Nam si omnino opus est; quum
quæso, non fuerit vt vnum ex operibus? in qua parte vene-
num istius hęcresis intueri licet. Nam quum dicunt eum crea-
turam esse, sed non ita vt vnam ex creaturis, siue rebus ge-
nitris, multos cum eo Filios eiusdem ordinis constituunt: &
Dominum vnum ex ista classe Filiorum censent, vt iam Vni-
genitus estimandus non sit, sed ex multis fratribus vnus: in-
terim pro blandimento cum Filium, & germen nominantes:
sed

sed frustra. Quorsum igitur ista hypocrisis, ut eum creaturam appelleris, & tamen eum non creaturam appelles? Nam si pro appendice à vobis addatur, *Sed tamen non ut vlla creatura;* ex eo ipso statim apparebit delirium vestri sophismatis, quum eum etiam ita creaturam pronuncietis; neque alia, quam quæ de alijs creaturis quispiam dixerit, de Filio Dei sentia-
tis; ut prorsus simul & deliri & cæci.]

Licetus:

Peto iam à Ferchio, dum ait Filium Dei esse creatum; & esse creaturam; ponit ne ipsum esse creaturam, non sicut vnum e rebus creatis; an potius putat eum esse vnum creatum, sicut alia cuncta condita? Si vult Filium esse creaturam, sed non sicut vnam e creaturis; iam aperte communicat cum Arianis, quos hic execratur Athanasius tanquam impios hæreticos, vafros, malitiosos, venenatam doctrinam fucio lenocinioque verborum tegere conantes: irridetque tanquam deliros, & cæcos in sophismate suo. Sin autem Ferchius opinatur Filium esse creaturam, sicut alia quæuis creata res, ut certe facit, sub eadem communi sua definitione creaturæ connumerans Filium & omnes creaturas; ut aperte constat ex eius verbis, antea deductis ex 1. defen. n. 28. 2. defen. n. 97. 98. & epist. Bald. pag. 35. 36. 46. 77. definiens creaturam generatim esse ens productum ex aliquo principio præsupposito, præexistenteque, ac inexistente in re producta; talem que definitionem applicans ipsi Filio, & extendens omnino tum ad Filium in Deo productum, tum ad creaturas extra Deum conditas, certe magis audacem, & magis onerosam opinionem profitetur, quam illa fuerit Arianorum ab Athanasio damnata, ut vnicique patet. Contra quos, atque Ferchium statim or. 3. pag. 390. 391. scribit ita

S. Athanasius:

¶ Aut igitur Verbum eximatur e numero rerum condita-
rum; 364

rum; & ut conditor Patri suo proprius attribuat, agnoscatque natura Filius esse. Aut, si omnino res condita est, eundem illi ordinem cum ceteris creaturis adscribite, dicaturque unaqueque illarum creatura. Sed tamen ut nulla alia talis sit creatura aut opus. Idem enim dicitis creatum & opus, scribentes illum creatum aut factum. Nam etsi excellenti comparatione inter ceteras Filius, nihilominus tamen illum quam reliquas omnes opus esse censendem; quoniam in alijs quoque per naturam creatis licitum est reperire aliud alio præstantius. Siquidem stella à stellâ splendore differt; ceteraque omnia inter se comparata discrimen habent; non ideo tamen hæc, quia meliora, dominatum habere; aut ista, quia deteriora, melioribus seruiunt; aut illa vim efficiendi possident; ista contra ab illis efficiuntur. Sed omnia æque nascendi fiendi que naturam obtinent, suum opificem, autoremque sui procreatu contestantia.

Licetus:

Hic in primis apparet, Arianos pro eodem cum Catholicis habuisse, factum, atque creatum; proindeque Concilij Niceni Patres in Symbolo, dum aduersus Arianos Filium dicunt genitum, non factum, simul affirmant Filium non esse creatum, sed genitum. Deinde contra Ferchium decernit, ostenditque S. Athanasius, Verbum non esse conditum, non esse creatum, non esse in numero rerum creatarum, quia est Filius Dei proprius, nobis contra Ferchium demonstrationem suggerens; Ideo enim non potest esse de numero rerum creatarum, ut Filius Dei proprius Athanasio; sed Verbum est eidem Filius Dei proprius; itaque Verbum esse non potest e numero rerum creatarum. Deinde contra Ferchium addit orat. 3. pag. 391.

S. Athanasius:

266. *Etiam enim, inquit Filius, Prou. 8. Apud eum, omnia concinnans.*

einnans : & Ioan. 5. Pater meus vsque modo operatur : & ego operor . Illud autem , vsque modo , significat esse æternaliter in Patre existens ; Rationis enim , siue Verbi proprium est , operari opera Patris , & non esse extra eum . Si ergo quæ Pater operatur , eadem & Filius operatur ; & quæ Filius creat , ea sunt Patris creaturæ ; & tamen Patris Filium opus creaturæ tamque censeris vis ; sequitur vt ipse seipsum operetur & creet ; quandoquidem quæ operatur Pater , ea sunt & Filij opera ; quod absurdum fuerit & impossibile : aut , vt dum creat , & operatur opera Patris , ipse non fuerit opus aut creatura , ne ipse autor rerum , causaque effectrix in rebus creandis repeririatur id efficere , quod effectus est , aut potius non possit efficere .]

Licetus :

Quæ ratio est : Quicquid Pater creat , id Filius vna cum Patre creat , etiam si Pater poneretur aliquid creare ab æterno ; quod aiunt Ariani & Ferchius ; quum autem Filius creare semetipsum nequeat ; iam Filius non est à Patre creatus . Subdit pag. 392. A. or. 2.

S. Athanasius :

[Eorum enim , quæ creantur , nullum est sui causa efficiens ; omnia siquidem per Verbum effecta sunt . Neque illud operatum fuisset omnia , si ipsum ex numero operum , aut rerum conditarum fuisset .]

Licetus :

His aduersus Ferchii tria dogmata decernit S. Athanasius , Filium non esse in rerum creatarum numero : creatum à factō , & opere non contradistingui : creata omnia , nullo penitus excepto , facta fuisse per Filium . Sed Ferchio quoque neganti creationem ex nihilo , ponentique Filium in numero rerum creatarum , contradicit pag. 393. orat. 3. to. 1. scribens

S. At.

S. Athanasius:

[Qui igitur fit, ut quum omnia ex nihilo sint, & creaturae habeantur; Filiusque fit secundum eos vnus ex rebus conditis, & ex eorum classe, quæ aliquando non erant; qui fit inquam &c]

Licetus:

Hanc eandem doctrinam habet, ac explicat S. Augustinus to. 6. pag. 252. K. ut latius ostendetur infra. Quomodo ergo Ferchius negat creationem ex nihilo? quomodo dicere non dubitat Filium esse vnum e rebus creatis? quomodo Filium audet in eorum classe ponere, quæ aliquando non erant? id enim efficit, asserens Filium esse creatum ex præexistente substantia Dei Patris; in illa siquidem præexistentia nondum creatus erat, de qua Ferchius in epist. Bald. pag. 35. 36 37. Verum addit orat. 3. pag. 393.

S. Athanasius:

268

[Quod si rebus creatis Patrem aut videre, aut cognoscere impossibile est; quum tale spectaculum eiusmodique cognitiones transcendant, quemadmodum Deus de se locutus est Exod. 35. *Nemo, inquit, videbit faciem meam, & viuet.* Quod ipsum quoque à Filio dictum est, Ioan. 14. *Nemo cognouit Patrem nisi Filius:* Aliud igitur fuerit a rebus creatis Verbum, ut quod solum ex omnibus cognoscat, solum concipiat Patrem; quomodo autem cognosceret Patrem solus, nisi esset suo Patri proprius? aut quomodo proprius illi fuisset, si creatura, & non verus ex eo Filius sit? eadem enim subiade dicere pietatis causa, tædio esse non debet. Nefarium igitur est, sentire vnum ex numero istius vniuersitatis Filium esse; blasphemum, & stolidum, creaturam illum appellare, quanquam non talem, quales ceteræ creaturæ.]

Licetus:

Licetus:

Non effugiunt istam blasphemiam, stoliditatemque, qui cum Ferchio statuunt Filium esse creaturam: immo potius has notas inuri sibi ab Athanasio sentit ipse Ferchius, dum statuit Filium esse creaturam sicut alia creatura quævis. **At addit pag. 395. C. D. or. 3.**

S. Athanasius:

[Proprium enim id rebus conditis, & operibus, ut non fiat, prius quam fiant: & ex non entibus ad naturam entium perveniant; etiamsi gloria ceteris omnibus antecellant; id enim ubiq; in omnibus rebus creatis ex mutua inter ipsas differentia deprehenditur; ut ante oculos apparet.]

Licetus:

Si ergo proprium est omnibus, rebus creatis, ut ex non entibus orientur, vel proxime, vel remote; quomodo numerat inter creatas res Ferchius Dei Filium, qui nullo modo potest ex non entibus esse, atque nunquam non fuisse? **Ad dit pag. 294. orat. 3. D.**

S. Athanasius:

[Etiam si Ariani rumpantur, non ipsum adoraturi fuissent: non ista de eo dicta fuissent, si villo modo creatura fuisset. Nunc autem, quia creatura non est, sed proprium ex substantia Dei adorandi germen, & naturalis Filius; ideo adoratur, & Deus creditur.]

Licetus:

Et non legit hic apud Athanasium Ferchius, nullo modo creatu-

creaturam esse Filium ? nullo modo creaturam esse , qui Deus est , & adoratur ? quas euidentiores sibi contradictiones expectat ? Addit or 3. pag. 399. A.

S. Athanasius.

270 [Si autem illud euidenter impium est , agnoscant Verbum non aliquod ex numero creatitiarum rerum ; sed Patris proprium , & vnicum Verbum , & rerum creatarum opificem esse . Negant id isti , aiuntque eum creaturam esse , & vnum ex rebus condicis .]

Licetus:

Negat id etiam cum Arianis Ferchius , dum ait *Filium dici primogenitum omnis creaturae , vt & ipse creatura esse intelligatur ;* dumque scribit , *Si loquamur de rebus creatis , prima rerum creatarum est Sapientia Dei primogenita.* 2. defen. n. 97. 98. Addit infra orat. 3. pag. 409. B.

S. Athanasius:

271 [An non hæc monstra , prodigiæque verborum : Sapientiam censere coexistere cum Patre ; nec tamen fateri eam Christum esse : sed multas esse creatitias virtutes , & Sapientias : ex earum numero Dominum , quem cum cruce , & locusta ipsi comparant ?]

Licetus:

At his maiora monstra , prodigiæque promit e suo calamo Ferchius : qui Filium , quem Dei Sapientiam appellat , non cum Patre coexistere ponit , sed creatum esse scribit ex præexistente substantia Dei Patris : epist. Bald. pag. 35. 36. & non solum cum cruce & locusta , rebus animatis , sed cum inanimatis , vilissimæque elementorum terra , & cum artefacto taber-

tabernaculo comparat, ibid. pag. 46. subiungit or. 3. pag. 414.

S. Athanasius:

[Alij quidem hæretici, circa Christi corpus errant; isti autem non ita; sed manifeste in Patrem scelerati sunt, cuius diuinitatem in Filij imagine contestatam blasphemant; quippe qui eam dicunt creaturam esse.] 272

Licetus:

Ista Ferchium maxime tangunt, qui diuinitatem Filij dicit esse creaturam, ut dicebant & Ariani. Subdit or. 3. pag. 434.

S. Athanasius:

[Arbitror iam ipsis impijs hanc suam sententiam pudori esse; aut si non dum ea pudori est, & secundum essentiam, tanquam creaturam cum omnino inter creaturas primogenitum appellari velint; animaduertant se illum brutis, & inanimatis germanum, & æqualem facere; nam & illarum rerum naturæ partes sunt; & necessum est eum, qui primogenitus nuncupatur, tempore duntaxat primum esse, genere autem & similitudine congruere cum omnibus. Quum igitur talia dicant, non ne omnium impietatem longe transmittunt? Aug. quis eos ferat talia loquentes? aut quis eos vel ea tantummodo cogitantes non odio habuerit?] 273

Licetus:

Profecto singula ista Ferchium notant aperte, qui 1. defen. n. 28. Filium ponit in eodem genere communi creaturarum cum Adamo, Eva, Mundo, tabernaculo: & 2. defen. n. 97. 98. & epist. ad Bald. pag. 35. 36. 46. 77. ait Filium quoad diuinitatem in ratione creaturæ conuenire cum terra, mistis inanimatis, brutis ratione carentibus, hominibus, & artefa-

Ex tabernaculo. Addit orat. 3. pag. 434. A. B.

S. Athanasius: 2.

274 [Illud quoque patet Arianae Sectae Diabolus, in primis per-
cunctatus esse: si tuus Filius Dei. Nam hoc nouerat verum esse,
& confirmari nostrae Fidei; & si Filius esset, iam finem insta-
re suae diabolicae tyrannidi: Contra, si creatura esset, fieri
non posse quin vnus ex posteris. Adq̄ esset, a se decepti
ac proinde si res ita se haberet, nihili cum esse faciendum.
Et hoc ipsum fuit, quod eius temporis Iudaei stomacharen-
tur, quum Dominus se Filium Dei, & Deum sibi Patrem
esse pronuntiaret. Nam si se vnus ex creaturis nominasset,
aut aliquod ex operibus Dei, non obstupissent haec audien-
tes, neque pro blasphemia talia verba imputassent, quum
scirent & Angelos ad Patres profectos esse. Sed quia se Fi-
lium Dei dicebat, satis animaduertebant non esse in verbis
notam aliquam, aut characterem creaturae; sed esse indicium
Deitatis, & naturae Paternae.]

Licetus:

Ex Athanasio nulla creatura nota, nullusque creaturae cha-
racter inest in eo sermone, quo dicitur Verbum esse Filium
Dei; cur ergo cum Arianiis ait Ferchius Filium Dei esse crea-
turam nihilominus quam Adam, & cetera creata? & in omni-
bus istis communem notam creaturae, communemque creaturae
rei characterem ponit esse productionem entis ex praesupposi-
to praesistenteque principio & inexistente in re producta, vt
ait 1. defen. n. 28. & alibi passim contra doctrinam hanc Athanasij?
Sed addit or. 4. pag. 517. de Filio.

S. Athanasius:

275 [Quis demonstratum sit, voluntatem Dei non in creatis
consistere, sed in eo, per quem, & in quo facit creata omnia.]

Licetus:

Licetus:

Contradicit his Ferchius, dum ait Filium, in quo, & per quem fiunt creata omnia Ioan. 1. & Paul. Coloss. 1. esse rem creatam; proindeque non esse in quo, & per quem fiunt omnia creata, semetipsum enim non creat. Negatq; Ferchius in Filio esse voluntatem Dei, quam Athanasius hic negat esse in creatis. Addit ibidem ibi

S. Athanasius:

[Iam quum plurimum abominabilis sit istiusmodi opinio; rite ac pie dici potest, creaturas placito & voluntate creatoris esse; Filium autem, non voluntate conditum esse, quemadmodum ceteras creaturas; sed naturaliter Paternæ substantiæ propriam & legitimam sobolem esse.]

Licetus:

Ista non curans Ferchius, nihilominus Filium profiteretur esse creatum, ut omnis alia creatura, sique Deo placet, vel cum Arianis ponit Filium esse creatum ex placito ac voluntate Patris: vel contra Scripturam psal. 32. & Athanasium hic asserit, non omnes creaturas esse factas placito & voluntate Dei. Addit prac. 4. pag. 515. C.

S. Athanasius:

[Si quidem omnis creatura ideo famula & ancilla habeatur, quod extra Patris unitatem consistat; ut quum aliquando non esset, esse incepit.]

Licetus:

Dum contra Ferchius numerat Filium inter omnes creaturas,

ras, siue in vniuersitate rerum creatarum, necessario vel negat omnem creaturam esse famulam, & ancillam; quod est contra Scripturam Iudith. 16. *Quia tibi seruiunt omnes creaturae:* nedum contra S. Athanasium hic; vel asserit Filium esse dei famulum; quod est contra Symbolum Athanasii, dicentis Patrem & Filium esse Maiestatis eiusdem, æqualisque gloriæ, & vtrumque Dominum eundem: vel asserit Filium extra Patris substantiam consistere; quod est contra dictum Domini apud Ioannem, *Ego & Pater vnum sumus: & Ego in Patre, & Pater in me est:* Vel Filium, quum antea non esset, aliquando incæpisse; quod est euidentis Arianismus, à Ferchio receptus, dum ait, epist. Bald. pag. 35. 36. Filium esse creatum ex præexistente substantia Dei Patris. Deinde sequitur or. 5. pag. 523.

S. Athanasius:

279 [Ve enim creaturas & condit, & gubernat; ita naturaliter sua substantia prolem Verbum progenuit, per quod creat, condit, & gubernat vniuersa: Verbo enim & Sapiencia facta sunt omnia: & ordinatione eius permanent vniuersa.]

Licetus:

Hic Athanasius decernit, deum Patrem creare, gubernareque simpliciter omnes creaturas, à se conditas per Verbum; Filiumque, siue Sapienciam suam. Quum ergo Filius in Diuinis non gubernetur à Patre; non est Ferchio subscribendum; 280 asserenti: Filium in Trinitate creatum esse à Patre. Quumque 277 Filius non sit, per quem Deus Pater Filium creat, & condit; quia Filius creare non debet semetipsum, nec esse, per quem 278 Pater Filium condit cum ceteris; ideo Filius non recte recensetur à Ferchio in numero creaturarum omnium, dum 2. defens. n. 97. 98. scribit tum cū Arianis, *Filiū esse primogenitum omnis creaturae, vt & ipse creatura esse intelligatur: tum, si loquamur de rebus creatis, primā rerum creatarum esse Sapienciam primogenitam.* Adde co. 1. orat. 5. pag. 531.

S. Atha;

S. Athanasius:

[Quod si Filius creatura est, certe posterius Deus illius 281
Pater effectus est, sin' autem Filius creatura non est; sequitur
ergo ut Pater semper Pater fuerit, & Filius semper Filius.]

Licetus:

Quum ergo Pater semper Pater fuerit, & Filius semper Fi-
lius extiterit: ex Athanasio sequitur, Filium non esse crea-
tum, ex præexistente Patre, non esse creaturam, contra Fer-
chij dogma. Sed & alibi to. 2. pag. 22. contra Arianos ita
scribit in oratione sua breui

S. Athanasius:

[Et Apostolus quidem accusat Græcos, quod creaturam 282
colant: Hæc enim sunt ipsius verba: *Seruiert creaturæ potius
quam creatori Deo*: Hi vero dum Christum creaturam esse sta-
tuunt, & nihilominus ipsi ut creaturæ seruiunt, quid præstare
Græcis? Quomodo enim non contra ipsos est dictum illud?
& quomodo non quasi ipsos reprehendit Sanctus Paulus? si
ita sentiunt.]

Licetus:

Sane Ferchius ita sentit, Filium Dei esse creatorem cum
Patre, esse creaturam Dei Patris; & nihilominus illi ut crea-
turæ Dei seruit: quomodo nunc ergo dissidet ab illis, quos
reprehendit Apostolus? Addit ibidem

S. Athanasius:

[Et Dominus quidem inquit, *Ego & Pater vnum sumus*: 283
Deum, *Qui videt me, videt & Patrem meum*: Et qui ab ipso ad
pradi-

prædicandum Euangelium missus fuit Apostolus, scribit; Heb. . 1. *Qui quum sit splendor gloria, & character substantiæ eius.* Hi vero & disjungere ipsum, & alienum facere à Patris natura & mirabilem introducere audent. Neque animaduertunt impij homines, quod dum ista dicunt, ipsum non amplius cum Patre, sed cum creaturis vnum faciunt.]

Licetus:

Ex his Athanasij dictis apparet, Ferchium, qui Filium facit vnum cum creaturis, vnum cum rebus creatis, violare pietatem, & negare Filium esse vnum cum increato Patre. Addit autem to, 2. pag. 23. C. D.

S. Athanasius:

284 [Ex eo quidem, qui reuera existit, Sermone sublato, creaturam cogitatione tantum sua conceptam in ipsius locum Ariani substituunt, non animaduertentes quam plena sit impietas ista sententia. Si enim sermo creatura est, quomodo ipse creaturarum effector est? aut quomodo idem & Filius & Sapientia, & sermo est? Sermo enim (id est Verbum) non creatur, sed generatur.]

Licetus:

Quomodo contradicit his Ferchius, audeatque dicere Verbum Dei esse creatum: & eius generationem esse creationem? Addit illico

S. Athanasius:

285 [Creatura non Filius est, sed factura.]

Licetus:

Dicit hic Athanasius, creaturam esse facturam, sed non esse

se Filium . Quomodo contradicere non veretur Ferchius 2. defens. n. 27. & epistol. Bald. pag. 77. Filium esse creaturam, sed non facturam ? Athanasius enim ait creaturam esse facturam ; Filium autem non esse creaturam ; adeoque neque facturam ; quæ cum creatura penitus est idem . Addit ibidem

S. Athanasius:

[Et si creaturæ per ipsum factæ sunt ; atque ipse quoque est creatura, etiam ipse per aliquem factus sit oportet. Necessesse enim omnino est, ut ea quæ facta sunt, per aliquem facta sint. Quemadmodum igitur ideo per Verbum omnia facta sunt ; quia ipsum non est factura, sed Verbum Patris : Ita rursum si alia est, præter Dominum, ea quæ in Patre est Sapiencia, etiam Sapiencia per Sapienciam facta est. Si vero Sapiencia est Verbum Dei ; etiam Verbum per Verbum factum erit. Et, si Verbum Dei est Filius Dei, etiam Filius per Filium factus erit. Quomodo igitur Dominus dicit : Ego sum in Patre, & Pater in me ? Si alius est in Patre, per quem ipse quoque Dominus factus sit ? & quomodo Ioannes, relicto illo, de hoc disserit : atque dicit : Omnia per ipsum facta sunt ? Si vero omnia, quæ ex voluntate Dei facta sunt, per ipsum facta sunt ; quomodo etiam ipse vnus est ex iis, quæ facta sunt ? Et quomodo Apostolus dicat Colos. 1. Propter quem omnia, & per quem omnia. &c.]

Licetus:

Si ex eo, quod Apostolus Colos. 1. dicit, Filium esse, propter quem omnia condita sunt, & per quem omnia facta sunt : & per quem, & in quo omnia creatæ sunt : colligit S. Athanasius Filium in Diuinis non esse factum, non esse conditum, non esse creatum, non esse creaturam ; quomodo nunc audeat Ferchius asseuerare, Filium in Trinitate creatum esse ? primam Dei creaturam esse ? Absit vt illi subscribamus. Addit eo. 2. pag. 26. A. B.

S. Atha.

S. Athanasius:

- 287 [Et quemadmodum quatenus Verbum, & Sapientia Patris est, æternus est, & immutabilis, per quem omnia, & in omnibus sui similis, nihil habens in se prius, vel posterius; sed simul cum Patre existens; ipsa siquidem forma Deitatis, & creator, non creatura. Quum enim Patri similis sit, non creatura, sed creator sic oportet.]

Licetus:

His contradicit aperte Ferchius aiens tum epist. Bald. pag. 35. 36. Filium esse creatum ex præexistente substantia Dei Patris; adeoque non simul cum Patre existisse: tum pag. 77. & 2. defens. n. 97. 98. Filium esse creaturam, remque creatam; adeoque similem in eo non esse Patri, quem Athanasius, & omnes esse dicunt increatum creatorem, non autem creatum, neque creaturam. Addit inferius to. 2. pag. 41. in epist. ad Rufinianum.

S. Athanasius:

- 289 [Ceterum quos pœnitentia cœperit, palam illi veterem opinionem Eudoxii, & Euzoii, qui in Christum blasphemi creaturam dixerunt, & Arianae hæreseos duces se præbuerunt, nomen execrentur; & quam Nicæni Patres ediderunt Fidem amplectantur, profiteanturque; ea Synodo priorem nullam habeant.]

Licetus:

Si S. Athanasius, & omnes Nicæni Cœcilii Patres execrantur opinionem dicentium Filium esse creaturam; cur & id non execremur in opinione Ferchii, dicentis Filium esse creaturam in eodem genere cum Adamo, brutis, & ceteris creaturis, ut
etiam

etiam hæretici Ariani dicebant, comparantes in ratione creaturæ Filium cum cruce, & locusta? Addit in suis definitionibus, to. 2. pag. 44. A.

S. Athanasius:

[Filius ideo dicitur, quasi dicas: Qualis secundum essentiam est Pater, talis etiam est Filius, siue increatus ex increato, siue mortalis ex mortali.] 289

Licetus:

Vbi non solum contraponitur increatus mortali; quia creatum omne natura sua est corruptibile; ut ait S. Augustinus contra Felicianum, to 6. pag. 252. K. vnde colligit, contra illum hæreticum Ariam, Dei Filium non esse creatum. Verum etiam Filius eam ad Patrem habere dicitur essentialem habitudinem, ut ex increato Patre nequeat oriri Filius creatus: contra Ferchij dogma, dicentis Filium Dei creatum esse ex præexistente substantia Dei Patris, quæ increatum omnino confitetur. Mox to. 2. pag. 163. disputans contra hæreticum ait dial. 1. de Trinitate

S. Athanasius:

[Alia quidem sunt ex ipsius Dei mandato, tanquam condita; Filius vero est ex ipsius hypostasi, ut generatus; Spiritus vero, ut procedens.] 290
291

Licetus:

An hic non videt Ferchius, Filium esse genitum, non autem conditum, & creatum; quod non sit productus mandato Dei; sed naturaliter, ortus ex substantia Dei non iubentis? An hic non videt Ferchius omnia creata produci mandato Dei; proindeque Spiritum Sanctum similiter non esse creatum, qui procedit

cedit ex Dei substantia, non iussione ullius interuentu? Sed
& infra to. 2. de Trin. dial. 2. pag. 204. A. scribit

S. Athanasius:

[Dei Patris natura, Filij, & Spiritus Sancti, vniuersæ
creaturæ causa est.]

Licetus:

Si causa vniuersæ creaturæ est natura Patris, & Filij, & Spi-
ritus Sancti; ergo male Ferchius numerat obseru. pag. 9.
inter creaturas Filium & Spiritum Sanctum, qui nec sibi met-
ipsis causa esse possunt, nec ab vlla causa producuntur; sed à
principio non habente rationem causæ in eorum productione.
Addit mox pag. 206. A. to. 2. Dial. 2. de Trin.

S. Athanasius:

392 [Si omnipotens ille superat omnem naturam, propter ef-
se ingentum, hoc est, vt opinaris, propter esse increatum;
Filius, qui secundum te non est ingentus, sed creatus, non
excedet omnem naturam. Vnde non eo quod ingentus est,
excedit Pater omnem naturam: Sed qua ratione Pater exce-
dit omnem naturam, eadem ratione etiam Filius excedit om-
nem naturam. Excedit autem Pater natura suæ Deitatis; er-
go eadem & Filius excedet omnem naturam.]

Licetus:

In primis, Ferchio Filius non excedit omnem creaturam,
quum creatus sit, adeoque creatura sit. Deinde D. Athanasio
Filius excedit omnem creaturam eadem ratione, qua Pater;
quum ergo Pater excedat omnem creaturam, quia ratione
Deitatis increatus est; igitur & Filius quantum ad sui perso-
nam diuinam nihilominus est increatus, quam Pater, contra
placitum

placitum Arianorum, & Ferchii. Vtterius contra Macedonium, dial. 1. pag. 275. D. ait

S. Athanasius:

[Est autem tibi præceptum, vt credas Filium gigni, Spiritum procedere; reliqua vero omnia, cælum, terram, mare, & quæ in illis sunt, rationalia, siue vero irrationalia, creaturæ sunt, secundum Dei ipsius mandatum condite; Ipse enim psal. 32. dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.] ²⁹³

Licetus:

Cur non obtemperat isti præcepto Ferchius? sed aperte contradicit, asserens Filium gigni, & creati ad intra, esseque creatum nihilominus, quam sit alia quæuis creata res ad extra? Addit ibidem pag. 216. C.

S. Athanasius:

[Sed quod eiusdem essentia cum Deo non est, creatura est, cum mutabilis, tum variabilis.] ²⁹⁴

Licetus:

Quomodo Ferchius audet dicere creaturam esse Filium, qui eiusdem essentia cum Deo est? qui neque mutabilis, neque variabilis est? Addit contra Macedonium pag. 284.

S. Athanasius:

[Creatura autem à creatura nihil differt, qua creaturâ est. Macedonius: Nihil igitur differt Gabriel ab equo, aut ab alio quodam bruto animante? Athanasius. Qua creatura est, nihil differt; qua vero Angelus, Spiritus procurator, ad ministeria legatus, non solum ab irrationalibus, sed à nobis quoque ²⁹⁵

que hominibus, & ab Angelis, quatenus Archangelus. Etenim oculus, qua oculus, aliis corporis membris honorabilior est; qua corpus tamen, non est. Corpus enim nihil differt à corpore, qua corpus est.]

Licetus:

Dum Ferchius cum Arianis ponit Filium esse creatum, esse creaturam, sicut omnis & quælibet alia creata res: licet ipsa dicat esse primam creaturam: in ratione creaturæ Filium ponit omnino nihil differre ab vlla creatura; proindeque nec à diabolo, cum quo dicit eum habere commune nomen, & communem definitionem creaturæ. Qua quidem in re supra D. Paulum sapere se præsumit Ferchius; dum Apostolus nullam conuentionem lucis ab tenebras, nullam communionem Christi ad Belial iauenire potuit, 2. Corin. 6. *Quæ conuentionio est lucis ad tenebras, aut quæ communicio Christi ad Belial?* Inquit enim Ferchius, maxima communicio est, nimirum & in nomine creaturæ, & in essentiali definitione creaturæ; quia Filius, qui est lux mundi cum principe tenebrarum conuenit & in nomine creaturæ, & in Ferchiana creaturæ definitione: Sic ex Ferchio colligitur 1. defen. n. 28. 2. defen. n. 97. 98. & epist. Bald. pag. 35. 36. 46. 77. Profecto magis pie de Deo, consentaneèque magis cum Apostolo, quam Ferchius, Aristoteles ipse scribit 2. de an. t. 8. dicens, nihil commune prædicari posse de Deo, cane, homine, & equo, ceterisque creaturis; ac si quid commune prædicetur, æquiuoce dici de Deo, & alijs. Addit eo. 2. pag. 332. in Quæstionibus ad Antiochum qu. 1.

S. Athanasius:

2296 [Pater enim & Deus, non ut ego, qui creatura sum, est Pater, qui, ut ego, genuerit creatum Filium.]

Licetus

Licetus:

Quomodo Ferchio Pater Deus genuerit creatum Filium ?
Vere homo , creatura Dei , gignit Filium suum , similiter
creaturam Dei : sed Pater Deus increatus , gignit Filium
increatum similem sibi . Nonne Ferchius audit D. Thomam
opuscul. 37. de Potentia Dei , cap. 4. scribentem , quod Deus
non creat Deum ? Præterea to. 2. pag. 351. Quæst. 51. ad
Antiochum ait

S. Athanasius:

[Septem igitur , & tres sunt perfectissimi numeri ; & pro-
pterea Septenarius est Creationis . At Sancta Trinitas increata.] 297

Licetus:

Sed Ferchio , cui Filius , & Spiritus Sanctus , non minus ad
intra creati sunt , quam ad extra Adam de luto , Eva de co-
sta viri , & alia creatura quævis de præexistente , ac inexisten-
te suo principio materiali , Ferchio , inquam non est Sancta
Trinitas increata , sed sola persona Patris . Mox to. 2. pag.
353. C. qu. 62. dicit

S. Athanasius:

[Quam Deus sit incorporeus , & sine forma ; qualia eius
posteriora vidit Moses ? Respon: Ante secula existentem ,
& opificem omnium creaturarum credimus Deum huius Uni-
uersi , & ipsum increatum . Vnde liquet , quod posteriora Dei
sunt creature , & res quas vidit , & exposuit , dicens : In prin-
cipio fecit Deus calum & terram , &c.] 298

Licetus:

Quam ergo Filius connumerari non debeat inter posteriora
Dei:

Dei: neque dici valeat esse posterior Dei, veluti portio dorsalis; quum sit splendor, & Imago Patris, in cuius sinu semper est; iam male Ferchius Filium, & Spiritum Sanctum enumerat inter creaturas, contra sensum Athanasij. Quin & contra sensum diuinae Scripturae; nam in psal. 8. legitur: *Verbo Domini caeli firmati sunt: & Spiritu oris eius omnis virtus eorum.* & alibi psal. 44. *Eructauit cor meum Verbum bonum;* Cor enim, & os, & Verbum, & eructatio mystica, respectu Dei non attingunt ad posteriora Dei. Speciatimque Filius sedet ad dexteram Dei Patris, non ad eius posteriora. Quare nulla ratione Filius dici debet creatura Dei, cum Ferchio, & Arianis. Addit to. 2. pag. 358. D. in responsione ad Quaestionem 71.

S. Athanasius:

299 [Apage hanc absurditatem; Si enim, qui dicit fratri suo; *Stulte*, obnoxius est gehennae incendij, Matth. 5. 22. in quam, *dic* mihi amplius gehennam gehennarum conicietur, qui *dicit Deo ipsi, create?*]

Licetus:

Procul dubio sapissime Ferchius Filium Deum esse creatum dicit; & in genere communi rerum creaturarum, creaturarumque ponit, Arianis aperte consentiens, Filium Dei; vti videre est l. 1. defens. n. 28. l. 2. n. 97. 78. epist. Bald. p. 35.

236. 246. 277. Sed & in suo Sermone contra omnes haereses, 20. 1. pag. 1079. A. B. scribit

S. Athanasius:

300 [Miseri profecto, Iudaei noui, Ariomanitae, qui nequere & legunt, neque exacte peruestigant; quippe qui obcaecatos habent mentis oculos, arbitrantes creatorem, & opificem omnium, creaturam esse.]

Quia ergo Filius connumerari non debet inter posteriora Dei.

Licetus:

Licetus.

Hæc aduersus Ariomanitas non magis, quam contra Ferchium militant, qui sapissime scribit, Filium, per quem omnia facta sunt; in quo, & per quem omnia condita, & creata sunt; esse creaturam, & in eodem communi genere cum creaturis omnibus existere. Addit illico

S. Athanasius.

[Audite hæc Euangelistæ Verba: In principio erat: ð Christus perduelles Ariani: quod si dixisset, In principio factus est, haberes quod diceres ex Euangelista, eum factum esse. At vero quum dixerit: In principio erat Verbum: excute diligenter uerba, & deprehendes veritatem; atque deinde percutere Euangelistam, & dic: ð Euangelista, dic mihi, quæso, de negotio Principii, & de Verbo eius, qui Deus est. Siquidem Christi rebelles Ariani creatorem omnium in numero creaturarum recensent.]

Licetus.

Certe Ferchius & ipse recenset in numero creaturarum Filium Dei, per quem omnia creata sunt: dum 2. defens. 9. 97. & epist. Bald. pag. 77. scribit Filium appellari primogenitum omnis creatura, ut & ipse creatura esse intelligatur, & 2. defen. n. 98. si loquamur de rebus creatis, prima rerum creatarum est Sapientia Dei primogenita. Addit to 2. pag. 445. qu. 13. C. D.

S. Athanasius.

[In Sancta autem Trinitate quis primus? Resp. In Sancta Trinitate nemo primus, sed simul Pater, simul Filius, simul Spiritus Sanctus; & propterea simul principio carentes dicuntur, & aborigines. Principii autem expers dicitur, quod

ante

ante principium est . Principio ergo caret Patēr ; & Filius & Spiritus Sanctus . Quamobrem etiam simul principii expertes & sunt , & dicuntur .]

Licetus:

Quomodo Ferchius ergo dicit , Filium esse creatum ex prae-
existente substantia Dei Patris; tanquam ex prae-supposito, prae-
existenteque principio? praeexistencia namque paterna ponit
principium existendi in Filio; quod negat hic Athanasius .
Sed addit to. 2. de Trin. l. 2. pag. 955. D.

S. Athanasius.

303 [Rogo, quæ est tanta hæreticorum dementia , rerum crea-
torem facturæ suæ comparare ?]

Licetus:

Ferchius nonne comparat rerum creatorem facturæ suæ ?
dum Filium, per quem omnia facta sunt, Ioan. 1. & per quem
omnia creata sunt , Coloss. 1. ait esse primogenitum omnis
creaturæ, ut & ipse creatura esse intelligatur 2. defens. n. 97.
epist. Bald. pag. 77. & , si loquamur de rebus creatis, primam
rerum creatarum esse Sapientiam Dei primogenitam 2. defen.
n. 98. esse Filium Dei ? Sed addit l. 6. de Trin. pag. 571. col.
1. to. 2. A. scribens

S. Athanasius:

304 [Maledictus, qui inenarrabiliter Filium vere genitum de
substantia Patris esse non confitetur . Maledictus, qui hanc
natiuitatem factam , aut creatam , vel conditam esse confi-
tetur.]

Licetus:

Licetus:

Caueat sibi Ferchius ab ista maledictione ; qui Filii natiuitatem inenarrabilem in diuinis confitetur esse creationem vt extra Deum est creatio Adami , Eux , & cuiusuis alijs creature sensibilis , etiam vilissimæ. Præterea lib. 8. de Catholica confessione ad Theophilum , pag. 575. col. 1. A. scribit

S. Athanasius:

[Ariani dicunt, Filium Dei non de substantia Dei Patris 305 genitum, sed extrinsecus creatum. Ego credo Dei Filium de Patris natum substantia, non creatum.]

Licetus:

Ferchius Athanasio contradicit aperte, in epist. Bald. p. 35. 36. dicens, Filium esse creatum de præexistente substantia Dei Patris; & 1. defen. n. 28. definiens creationem generatim esse productionem ex aliquo principio præsupposito, & inexistente in re producta; suamque creationem istam extendi scribens & ad intra in Deo, qua creatur Filius; & ad extra in creaturis. Insuper to. 2. l. 9. de Fide sua, pag. 583. col. 2. B. scribit

S. Athanasius:

[Si scripturas Domini, vel Dominum loquentem in scripturis credideris, nunquam creatorem cum creaturis comparabis.] 306

Licetus:

At Ferchius, ista non curans, frequenter comparat creatorem Deum Filium, per quem omnia creata sunt, Colos. 1. cum creaturis, dicens Filium esse creaturam, & rem creatam, similiter ac Adam, Eua, terrarum orbis, mista inanimata, Y
bruta,

bruta, & legale tabernaculum arte factum. Amplius ibid.
to. 2. pag. 584. addit Col. 1. A

S. Athanasius:

307 [Audi & Paulam 1. Corint. 2. dicentem : Nemo enim scit,
quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis, qui est in eo. Qui utique
si esset creatura, ut credi studes, quod in creatore esset,
scire non poterat. Vnde idem Paulus: Quis enim cognovit sen-
sum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?]

Licetus:

Hic Athanasius demonstrat, contra Ferchium, ex D. Pau-
lo Filium non esse creaturam; quia nulla creatura cognos-
cere valet essentiam Dei Patris, quam intime cognoscit Fi-
lius. Addit mox ibidem B.

S. Athanasius:

308 [Et est illud, quod omnis creatura capax est diuinarum
virtutum, & eget gloria Dei.]

Licetus:

309 Quum ergo Filius non egeat gloria Dei; sed ipse sit Rex
gloriæ; neque capax sit diuinarum virtutum, sed illarum dis-
pensator & Dominus; certum est frustra contradicente Fer-
chio, Filium ipsum esse extra numerum omnium creaturarum.
Addit lib. 11, ad Theophil. pag. 587. D.

S. Athanasius:

309 [Pater verus genuit Filium verum, ut est, Deum de Deo,
lumen de lumine, vitam ex vita, perfectum de perfecto, totum
à toto, plenum à pleno, non creatum, sed genitum.]

Licetus:

Licetus:

Contra Ferchius dicit, Filium à Patre genitum, & creatum proprie, cum Arianis idem esse ponens genitum, & creatum. Addit mox pag. 588. col. 1. A. B.

S. Athanasius:

[Credimus in Dominum nostrum Iesum Christum, Filium eius: per quem omnia creata sunt.]

Licetus:

Quum Filius esse nequeat per quem ipse creatus sit à semetipso; iam extra omnia creata degit, nec in numero rerum creatarum ab Arianis, & à Ferchio poni debuit. Addit mox ibidem

S. Athanasius:

[His, qui Filium Dei creatum esse profitentur, nequaquam de Spiritu Sancto dabimus responsum. Vt enim Filium, qui de substantia Dei impassibiliter sit genitus, creatum ausi sunt dicere; ita de Spiritu Sancto dicunt utique similia, poenitentiam vero acturi. Sed de Filio interim sentientibus recte, responsa dabimus de Spiritu Sancto. Etenim desperandum est, eos qui semel de irreligiositate ad religionem conuerti coeperint, ad perfectum luctum conuerti. Ex Scripturis sane diuinis, & non ex humanis intelligentijs hoc est. Istiusmodi igitur rationem præstare operam daturi sumus. Dicite nobis, admirabiles, ubi in autoritate legitis, creatum esse Spiritum Sanctum?]

Licetus:

Ista plane Ferchium improbant, qui Filium pariter, & Spiritum

ritum Sanctum creatum esse profiteretur, obseru. pag. 9. Filiumque genitum de substantia Dei Patris asserit, ex qua proprie creatum esse testatur; & aliquando siue simulat, siue tentat ista sua irreligiosa dicta reducere ad religiositatem. Addit mox ibidem

S. Athanasius:

312 [Testis autem est mihi Paulus beatissimus in Spiritu Sancto, hoc quod omnia per Filium facta sint, prophetans in epistola ad Coloss. 1. scripta: *Quia in ipso Filio creata sunt omnia, quæ in cælis, & quæ in terris: siue visibilia, & inuisibilia: siue Throni, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates: omnia per ipsum, & in ipso creata sunt: & ipse est ante omnia. Non dicit, siue Spiritus Sanctus.*]

Licetus:

Enumerat hic, ex Athanasij sententia D. Paulus omnia creata per Filium; & quia non ponit inter illa Spiritum Sanctum: & quia nec inter ea recenset Filium; sed ipsum ait esse ante omnia creata, siue in cælis, siue in terra: siue visibilia, siue inuisibilia, quæ numerat; recte demonstrat non esse creatum Spiritum Sanctum, neque Filium Athanasius. Qui si proprie creati fuissent, numerari debuissent inter ea creata, quæ sunt inuisibilia, & in cælis; quia semper sunt apud Deum Patrem, qui est in cælis peculiari modo, tanquam in regno Maiestatis suæ. Addit autem mox ibidem

S. Athanasius:

313 [Psalmista vero David in Spiritu iterum Sancto imperans vniuersæ creaturæ laudare Dominum, dicit: psal. 148. *Laudate Dominum de cælis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes Angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eum Sol & Luna: laudate eum omnes stelle, & lumen. Laudate eum omnes cæli*

cali celorum : & aquæ omnes , quæ super celos sunt , laudent no-
men Domini . Quia ipse dixit , & facta sunt : ipse mandauit , &
creata sunt . Indignum duxit super his connumerare Spiritum
Sanctum , & dicere : *Lauda eum Spiritus Sanctus .*]

Licetus:

His aperte S. Athanasius ex Dauide Spiritum Sanctum exi-
mit e numero rerum creatarum , & eadem ratione Filium Dei ;
nullam omnino cognoscens , neque permittens creationem pro-
prie dictam in Sancta Trinitate cum Dauide , contra Fer-
chium non minus , quam aduersus Arianos . At etiam infra
pag. 589. col. 1. B. C. 1. cum Daniele Propheta dicit inter crea-
turas non connumerari Spiritum Sanctum , adeoque nec Fi-
lium , subdens

S. Athanasius:

[Tres quoque Sancti Martyres , Ananias Azarias , & Misa- 314
ehy , in fornace ignis positi , in terra Chaldaeorum , quum ad-
mirabiliter Deus celorum ignes ad temperatum refrigerium
conuertisset . Vniuersam creaturam adhortantes secum lauda-
re Dominum , sic incipiunt Daniel. 3. *Benedicite omnia opera
Domini Domino : laudate , & superexaltate eum in secula . Bene-
dicite omnes virtutes Domini Dominum : hymnum dicite , & super-
exaltate eum in secula . Benedicite Sol , & Luna Dominum : hymnum
dicite , & superexaltate eum in secula . Et in consequentibus se-
metipfos ad hoc incitantes : Benedicite , Anania , Azaria , &
Misael Dominum , laudate , & superexaltate eum in secula . Et om-
nem creaturam benedicere Dominum secum hortantes : non
dicunt : Benedicat Dominum & Spiritus Sanctus .]*

Licetus:

Quia ergo tres pueri cunctas creaturas hortantur ad bene-
dicendum Deum : non inuitantes ad Dei laudem Spiritum San-
ctum ,

rum, D. Athanasius inter creaturas numerari non vult Spiritum Sanctum; iam quia nec enumerant Dei Filium inter laudatores Dei; non erit inter creaturas, cum Ferchio, numerandus Dei Filius. Vult autem hic Athanasius à Pueris numerari omnes creaturas; adeoque Spiritum Sanctum non esse creaturam, quod ab ipsis de illo nulla mentio facta sit, dum vniuersas creaturas recenserent. Addit ibidem pag. 598. A.

S. Athanasius:

315 [Vnde & Paulus dominum vocari Spiritum non negat dicens ad Corinthios: Dominus verè Spiritus est: & ubi Spiritus Domini, ibi libertas. Et ad Rom. ait: Lex autem spiritus vitæ liberavit me à lege peccati & mortis. Quomodo autem ausi estis Spiritum Sanctum seruum dicere, qui creaturam liberavit? Si enim omnia per ipsum facta sunt, ostendite creatum esse Spiritum Sanctum.]

Licetus:

Et nihilominus Ferchius cum Arianis profiteretur creatum esse Spiritum Sanctum, pariter ac Filium, per quem omnia facta sunt. Sane creatura quælibet serua Dei est, vt legimus apud Iudith cap. 16. adeoque Filius, & Spiritus Sanctus, qui serui non sunt; sed vterque Dominus, sicut & Pater; in creaturarum rerum numero, inter creaturas non bene collocantur ab Arianis, quos hic arguit Athanasius, nec à Ferchio, quem in proposito cum Arianis communicantem probare non valemus. Addit ibidem pag. 599.

S. Athanasius:

316 [Creatum vero dicere Spiritum, Absit.]

Licetus:

At Ferchius creatum Spiritum Sanctum esse fatetur pariter
atque

atque Filium, Observationum suarum pag. 9. sane qui negat creatum esse Spiritum Sanctum D. Athanasius, nihilominus horret dicere creatum esse Filium Dei. Sed addit ibid. pag. 602. col. 2. A. B. to. 2.

S. Athanasius:

[Itaque videntes Spiritum Sanctum legem dantem; non blasphemant, dicentes eum esse creatum; quoniam præcipue Dominus contra eos, qui blasphemant in eum, dicit omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus. Qui autem blasphemauerit in Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. Non autem talia de eo diceret Dominus, si creatura esset.]

Licetus:

Si blasphemant in Spiritum Sanctum, qui dicunt eum esse creatum, esse creaturam; nihilo minus blasphemant in Filium Dei, qui similiter aiunt eum esse creatum, esse creaturam. Caueat ergo sibi Ferchius, qui non solum Spiritum Sanctum, sed etiam Filium dicit esse creatum, & in genere communi creaturarum omnium contineri, numerarique vniuoce sub eodem nomine creaturæ, atque sub eadem essentiali creaturæ definitione, ab se posita, r. defens. n. 28. epist. Bald. pag. 35. 36. 46. Denique vero sufficiat in proposito, ex Athanasio nunc attulisse celeberrimam sui Symboli sententiam, tanquam dogma de Fide, receptum ab Ecclesia Catholica, cui recte dicit

S. Athanasius:

[Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus. In- 317
creatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus Sanctus.
Immensus Pater immensus Filius, immensus Spiritus Sanctus.
Æteræus Pater, æteræus Filius, æternus Spiritus Sanctus.

Et

Et tamen non tres æterni, sed vnus æternus, sicut nec tres increati, nec tres immensi, sed vnus increatus, & vnus immensus.]

Licetus:

Hic ab Athanasio dicitur, *Pater increatus, Filius increatus; Spiritus Sanctus increatus, non tamen tres increati: sed vnus increatus:* non quia sola essentia diuina communis tribus, sit increata; sed quia vna & eadem ratio indifferens increati ex æquo conueniat singulis personis. Quod in eodem Symbolo ita decernit

S. Athanasius:

318 [Pater à nullo est creatus, nec factus, nec genitus: Filius à solo Patre est, non factus, nec creatus, sed genitus: Spiritus Sanctus à Patre & à Filio est, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.]

Licetus:

Dicuntur autem hi, non tres increati, sed vnus increatus; quia vna & eadem in singulis & in omnibus est indifferens ratio *Increati*: vt vna & eadem indifferens in singulis & in omnibus est ratio *Æterni, & Immensi*. Quare non sunt tres æterni, sed vnus æternus; neque tres immensi, sed vnus immensus. Ita non sunt tres Di, sed vnus Deus; licet sit Deus Pater, Deus Filius, & Deus Spiritus Sanctus; quia vna & eadem indifferensque ratio deitatis est in tribus, & in eorum singulis. At Ferchio dicenti solum Patrem esse increatum omnino, nulloque modo creatum esse, nec ex nihilo, nec ex aliquo: nec ad intra, nec ad extra: Filium vero non esse creatum ex nihilo, nec ad extra, sed tamen esse creatum ad intra ex substantia Dei Patris quantum ad sui diuinitatem; etsi quantum ad humanitatem sit creatus ad extra ex præexistente materia sanguinis Virginalis; Ferchio inquam ista dicenti non potest

potest Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus esse dicique vnus increatus, sed erunt plures increati diffirenter; quoniam non vna est ratio increati singulorum, ex Ferchiano dogmate, sed varia & multiplex; nam Ferchio solus Pater est omnino simpliciter Increatus, tam ad intra, quam ad extra: tam ex nihilo, quam ex aliquo; quum Filium & Spiritum Sanctum ponat increatos solum ex nihilo, & ad extra: dicat autem eos ad Patris differentiam esse creatos ad intra, & ex præexistente diuina substantia. Sic igitur plurimis Athanasij testimonijs ostendimus contra Ferchij sententiam Filium ad intra non esse creatum, nec item Spiritum Sanctum. Iam nunc ad Sanctum Hilarium accedamus.

Filium non esse proprie creatum, neque creaturam; demonstrat contra Ferchium, & Arianos S. Hilarius.

Cap. XXVI.

Profecto consentiens dictis Athanasij contra veteres Arianos, adeoque contra Ferchium, decernit Filium Dei non esse proprie creatum, non esse creaturam lib. suo 1. de Trinitate pag. 12. ita

S. Hilarius:

[Et quia dicti prophetici inscij, & cælestis doctrinæ imperiti sunt, corrupto sensu ac proprietate sententiæ, creatum esse per id Deum potius quam natum affirmare nituntur, quia dictum est: *Dominus creauit me initium viarum suarum in opera sua*: vt sit e communi creationum natura, licet sit præstantior in genere creationis; neque in eo sit gloria diuinæ natiuitatis, sed virtus potentis creaturæ.]

Licetus:

His aperte contradicit Ferchius, qui ad probandum, Filium Dei esse creatum, & in creaturarum ordine communi, cum Arianis utitur eodem oraculo; *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua:* 1. defens. n. 28. Subdit autem mox

S. Hilarius:

Dein consequens verum est, creationis nomine à Fidei, 320 quæ nobis de vnigenito Deo est, repudiato, ea quoque quæ in confessione Sancti Spiritus, congrua, & religiosa essent, docere.]

Licetus:

Hic S. Hilarius, à productione Vnigeniti, per Fidei professionem, abigit, & absolute repudiat vocabulum creationis, aperte contradicens iis, quæ Ferchius ponit in vestibulo nuncupatorio sui libelli de productione Filii Dei ad Baldum; scribit enim ad verbum ibi

Ferchius:

« Doctrinam de Filio Dei, genito, non factò, non productò
 « ex nihilo, sed ex substantia Dei Patris, interna & Patri &
 « Filio, dum exponerem per vocabulum creationis, reuela-
 « tum diuinitus in veteri testamento, in nouò traditum ab
 « Apostolis, frequentatum à Patribus antiquis, vñtatam à
 « sacrarum rerum doctoribus modernis: duo Medici Gen-
 « uenses impugnarunt, Sebastianus Baldus, Fortunius Licetus.

Licetus:

Nostram nos impugnationem hausimus à S. Hilario, qui repudiat nomen creationis in ortu æterni Filii, falsoque scribit

bit Ferchius Filii Dei productionem æternam ab Apostolis, aliisque Sanctis Patribus explicari per vocabulum creationis; quod contra semper explodunt, atque repudiant, ut hic Hilarius; sed à solis Arianis in proposito frequentatur, qui passim ab omnibus catholicis damnantur, ut visum est antea, demonstrabiturque posterius etiam. Sed mirum est, quod ait vocabulum creationis ab se usurpatum in productione Filii declaranda, quod fuerit reuelatum diuinitus in veteri testamento. Nam diuinitus reuelantur mysteria, eisq; consona vocabula; & Isaias appellat *Generationem inenarrabilem Filii*, non autem creationem cap. 53. Addit l. 6. de Trin. pag. 78.

S. Hilarius:

[Nam cum quibus creatus est Christus, necesse est ut cum his Antichristus ipse sit Christus; quia & Filii proprietatem creatura non habeat, & Dei se ille Filium mentiatur.]

Licetus:

Si creatura non habet proprietatem Filii Dei: nonne dicens hoc S. Hilarius contradicit Ferchio scribenti Filium Dei esse creaturam, & creaturam habere proprietatem Filii Dei? Sed addit l. 11. de Trin. pag. 182.

S. Hilarius:

[Non enim Dominum Christum creaturam; quia ipse est, qui creauit omnia; neque facturam, quia facturarum omnium ipse est Dominus; sed Deum nouimus, Deum Dei Patris propriam generationem.]

Licetus:

Hæc etiam aperte contradicunt Ferchio dicenti 2. defen. n.º 97. 98. & epist. Bald. pag. 77. Filium Dei esse creaturam. Ad-
dit mox ibidem

S. Hilarius:

[Non enim aut factum, aut non natum prædicamus; quia neque creatorem creaturis comparamus.]

Licetus:

At Ferchius Filium non semel creaturis comparat: tum r. defen. n. 28. tum 2. defen. n. 97. 98. tum in epist. Bald. pag. 35. 36. 46. 77. Mox addit:

S. Hilarius:

323. [Nemini autem dubium est, contrarias semper, obnitentesque impietatis causas esse causis religionum; neque posse id pie suscipi, quod impie susceptum esse decernitur. Ut hi nunc novi Apostolicæ Fidei emendatores euangelicum & propheticum Spiritum in lites diuidunt, & in iurgia partiuntur: ut hi aliter prophetauerint: hi aliter prædicauerint; quia Salomon ad creaturæ nos venerationem vocet: Paulus vero seruientes creaturæ coarguat. Quæ utique non videntur sibi secundum pietatis Dei intelligentiam conuenire, ut ait Apostolus, & per legem doctus, & per præfinitionem segregatus, & per loquentem in se Christum eloquens, prophetiam aut ignorauerit, aut non ignoratam dissoluerit, & nescierit creaturam Christum, quem Creatorem nuncupauerit, & vetuerit creaturæ religionem, qui soli creatori seruiendum monuerit, dicens. *Qui immutauerunt veritatem Dei in mendacium, & seruiuerunt creaturæ, præterito creatore, qui est benedictus in secula.* Parum ne arguit hanc falsiloquii impietatem loquens in Paulo Christus? Per Dominum enim Iesum Christum creata omnia sunt: & ideo ei proprium nomen est, ut Creator sit. Non eadem in eum esse creaturæ suæ & naturæ, & nuncupatio.]

Licetus:

Licetus:

Quis non videt hic S. Hilarium contradicere Ferchio dicenti Filium Dei esse creatum, esse creaturam, habere nomen, & essentialem definitionem creaturæ; dum ait Hilarius, Filium Dei non esse creatum, sed per quem omnia creata sunt, Colos. 1. & in eum non cadere naturam creaturæ, neque nomen creaturæ? Addit mox de Filio Dei pag. 183.

S. Hilarius:

[Hęc quum ad illum, per quem omnia facta sunt, Apostolica, atque Evangelica Fide intelligenda referantur; quomodo his ipsis, quæ gessit, æquabitur: & in ea erit naturę nuncupatione, qua cuncta, quæ facta sunt?] 324

Licetus:

Negat hic Hilarius Filium eadem nuncupatione creaturæ, & creaturam appellari posse cum rebus ab se creatis, & illis æquari. Sed contra Ferchius affirmat, Filium eadem nuncupatione creaturæ appellari cum Adamo, & rebus aliis ab se creatis, & cum illis æquari in eadem communi definitione creature, quam dicit esse, ens productum ex aliquo præexistente principio, & inexistente in re producta. Nonne clare contradicit Hilario Ferchius? Addit

S. Hilarius:

[Primum quidem humanæ intelligentiæ sensus hæc respuit, ut creator creatura sit: quia creatio per creatorem est.] 325

Licetus:

Aut non accipit Ferchius creationem omnium esse per Filium,

lium, contradicens Apostolo colof. 1. dicenti *Filium esse, in quo, & per quem omnia creata sunt*. Aut contradicit Hilario, statuenti creatorem non esse creaturam, quod contrariam dictionem humana intelligentia respuat. Addit mox de Filio consentanea dictis ab Augustino, & Apostolo

S. Hilarius:

326 [Qui si creatura sit, & corruptioni subditus est, & expectationi obnoxius est, & seruituti subiectus est. Ait enim idem Beatus Apostolus Paulus: *Etenim longinqua expectatio creature, reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, non sponte, sed propter eum, qui subiecit eam in spe. Quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis, in libertatem claritatis filiorum Dei.* Si igitur Christus creatura est, necesse est sub spe longinquæ expectationis incertus sit: &, longa eius expectatio nostram potius expectet, & expectans eam, vanitati subiectus sit. Subiectus autem non sponte quum sit, necesse est vt seruus sit. Seruus autem quum sit, maneat etiam in corruptione naturæ. Hæc enim omnia creaturæ propria esse Apostolus docet; à quibus per longinquam expectationem liberandus, secundum humanam gloriam clarescat.]

Licetus:

Hanc theologiam hausit Hilarius, non solum ab Apostolo, sed etiam ab Iudith. cap. 16. vbi legitur, *Omnis creatura Dei seruire Deo; necessarioque statim colligit inde, Filium Dei non esse creaturam inquam*

S. Hilarius:

327 [Et ò impudentem de Deo, atque impiam professionem! His enim per creaturæ contumeliam ludibrijs deputare, vt speret, vt seruiat, vt coactus sit, vt liberandus sit, &c.]

Licetus:

Licetus:

Et ista Ferchium non mouent ad abijciendam, ad eiurandam suam opinionem de Filio Dei creatura, congenere, sub eadem cōmuni definitione cum Adamo, brutis, mistis inanimatis, & infima elementorum telluere! Apage tale dogma. Ceterum addit

S. Hilarius:

[Sed impietas vestra cum ingenti perfidia incrementa per 328 hanc illicitæ vocis audaciam eò procedit, vt quia Filius creatura sit, Pater quoque non differat à creatura.]

Licetus:

S. Hilarius vocabulum creationis, & creaturæ dicit esse vocem illicitam, quæ non nisi per audaciam & impietatem perfidiæ Filio Dei tribui possit: & audet Ferchius gloriari se doctrinam de Filio Dei genito, non facto, exponere per vocabulum creationis? neque veretur asserere creaturæ nomen de Filio Dei frequentatum à patribus antiquis, vsitatum à sacramentorum rerum Doctoribus, reuelatum diuinitus? Sed audiat, quæ statim addit

S. Hilarius:

[Si Filius creatura sit, Pater quoque non differet à creatura: Christus enim in forma Dei manens, formam serui accepit: & qui in forma Dei est, si creatura est, Deus non aberit à creatura, quia in forma Dei sit creatura. Esse autem in forma Dei, non alia intelligentia est, quam in Dei manere natura; per quod & Deus creatura est, quia in natura eius sit creatura. Qui autem in forma Dei erat, Deo se æqualem esse non rapuit; quia ex Dei æqualitate, id est ex forma eius,

in

in serui formam descenderet.]

Licetus:

In primis, Hilario Filius, antequam acciperet formam serui, qui vere creatura est, erat in forma Dei; Si ergo Filius, dum esset in forma Dei, antequam humanam carnem indueret, atque formam serui acciperet, erat creatura, ut aiunt Ferchius, & Ariani: profecto non solum Filius, verum etiam Pater Deus dicendus esset creatura, in cuius forma Filius erat. Sed Patrem Deum esse creaturam dicere, id omnem superat impietatem. Deinde non horret Ferchius contra se consequentiam istam illatam à S. Hilario: *Si Filius creatura sit, Pater quoque non differet à creatura*, Subdit

S. Hilarius:

330 [Sed quia Deo Patri, in eo quod ex Deo Deus est natus, æqualis est; est etiam æqualis in honore. Filius enim est, non creatura.]

Licetus:

At his contradicit non semel Ferchius, qui statuit Filium esse creaturam, & inter creatas res primam, & non minus creaturam quam sit ipsa terra. Scribit deinde pag. 154.

S. Hilarius:

331 [Quæ quum ita esse commune iudicium sit; cuius nunc nos temeritatis exemplo, Deum creaturam, & Filium Dei facturam & dicemus, & existimabimus? quia nusquam hoc de se & Magister & Dominus seruis, & discipulis suis locutus sit; neque natiuitatem suam, aut creationem, aut facturam docuerit?]

Licetus:

Licetus:

At contra Ferchius ait Generationem Filij esse creationem.
Dixit etiam 1. de Trin. pag. 6.

S. Hilarius:

[Alij vero, quia salus nulla sit sine Christo, qui in principio apud Deum erat Deus Verbum, natiuitatem negantes, creationem solum professi sunt; ne natiuitas veritatem Dei admitteret, sed creatio falsitatem doceret: Quæ dum ementirentur in genere creationis, Dei vnus Fidem non excluderent in Sacramento, sed natiuitatem veram nomini & Fidei creationis subiicientes, à veritate vnus Dei separabilem eum fecerunt, vt creatio substitutionis perfectionem sibi diuinitatis non vsurparet, quam veritatis natiuitas non dedisset. Horum igitur furori respondere animus exarsit: recolens hoc vel præcipue sibi salutare esse, non solum in Deum credidisse, sed etiam in Deum Patrem, neque in Christo tantum sperare, sed in Christo Dei Filio; neque in creatura, sed in creatore, ex Deo nato.]

Licetus:

His omnibus contradicit Ferchius cum Ario, dicens Filium esse creaturam, & eius generationem esse creationem, sicut est Adami productio, & cuiusuis alijs creaturæ. Insuper 1. de Synodis n. 5. pag. 223. ait

S. Hilarius:

[Qui creat, efficit pro potestate quod condit; & est opus virtutis creatio: non naturæ ex natura gignente natiuitas.]

Licetus:

Quum igitur Filius ipse sit Dei virtus Apostolo; iam crea-

A a

tio

cio est opus Filij, non autem Filij passiva productio, & origo contra Ferchium. Addit ibid. pag. 227.

S. Hilarius:

334. [Et, si quis Filiam conditionem dicit, quemadmodum vnum ex conditis: aut natiuitatem, sicut sunt natiuitates; aut factionem, sicut sunt factiones; non sicut diuinæ scripturæ tradiderunt singula quæque superius dicta; Et si quis aliud docet, aut euangelizat, præter quod accepimus, anathema sit.]

Licetus:

Vbi, quæso, Ferchius accepit à Diuina Scriptura, vel à Sanctis Patribus, Filium Dei esse creaturam; esse creatum ad intra, sicut Adam ad extra? generationem æternam Filij esse proprie creationem, sicut Eux creatio, sicut creatio terrarum orbis de materia informi, &, vt ait ipse, creatio tabernaculi legalis ex oblatis? Addit pag. 236.

S. Hilarius:

335. [Confitemur quia nihil in se habet Filius à Patre dissimile.]

Licetus:

Sed Filius, secundum Ferchium, id habet à Patre dissimile, quod Pater increatus est, Filius creatus: Filius existit post Patrem, ex cuius præexistente substantia creatus est, ipsa Ferchio. Addit p. 237.

S. Hilarius:

336. [Est præterea error hic tertius, vt quum vnus substantiæ Pater & Filius esse dicuntur, significari existimerur substantia prior, quam inter se pares habeantur,]

Licetus:

Licetus:

Hunc errorem non euitat, sed absolutè committit epist. ad Bald. pag. 57.

Ferchius:

Essentia est prior Filio, vt absolutum respectiuo.

Licetus:

Qua ratione similiter essentia, secundum Ferchium, contra sensum Hilarij, prior est Patre, qui nihilominus respectiuum quid est, quam Filius: Ceterum istæ regulæ locum habent in humanis, non autem in Diuinis. Addit pag. 238.

S. Hilarius:

[Filius non est creatura, sed Deus est.]

337

Licetus:

Hic absolute contradistinguitur Deus à creatura: quomodo Ferchius dicit, Filium esse Deum, & esse creaturam? credemus ne Ferchio potius, quam S. Hilario. ? Absit. Addit

S. Hilarius:

[Non est alter Deus in genere substantiæ, sed vnus Deus per indifferentis substantiæ essentiam.]

338

Licetus:

Contra Ferchius ponit Filium à Patre differre, quod Filius est substantialiter creatus; Pater substantialiter increatus. Adde ibidem pag. 230.

S. Hilarius:

339 [Prædicamus itaque, fratres charissimi, similem Filium in omnibus Patri; nihil aliud quam æqualem prædicantes, perfectam æqualitatis habet significantiam similitudo: & hoc ex cunctis scripturis intelligendum est.]

Licetus:

Contra dicit Ferchius, Filium esse Patri tum dissimilem, ut creatum increato: tum etiam inæqualem in existentia, ut posterius creatum præexistenti; scribit enim Filium esse creatum ex præexistente substantia Dei Patris. Subdit pag. 240.

S. Hilarius:

340 [An & hoc ex ignorantia venit, ut cum ceteris Patri subiectus sit Filius? ut dum cum ceteris subiicitur, non discernatur à ceteris? quum subiectio Filii naturæ proprietas sit; subiectio autem creationis, infirmitas sit.]

Licetus:

338 Ferchius 2. defens. n. 97. 98. & antea 1. defens. n. 28. & epist. Bald. pag. 35. 36. 46. 77. ponit Filium in genere creaturarum, uniuocè, secundum nomen, & secundum communem definitionem creaturæ generatim, adeoque Patri suo subiectum non minus, quam sint omnes creaturæ contra sensum Hilarii. Subiungit autem pag. 242.

S. Hilarius:

341 [Natus esse de substantia Patris Filius, non factus prædicatur; ne natiuitas diuinitatis factura sit creationis.]

Licetus:

Licetus: 2

En hic Hilarius contra Ferchium coincidere vult creationem cum factura; & vice uersa distingui generationem Filii a creatione; quia Ferchius ait Filium esse creatum, non factum suo marte: & cum Arianis Filium esse genitum, & creatum. Addit lib. 17. de Trin. pag. 193.

S. Hilarius:

[Sed creationis nomen nos & professio mouet. Moueat sane nomen creationis; si non natiuitas ante secula, & creatio in initium uiarum Dei, & in opera predicatur. Non enim potest natiuitas pro creatione accipi; quum natiuitas ante causam sit, creatio uero per causam. &c.] 341

Licetus:

Quomodo Ferchius his contradicens, natiuitatem ac generationem Filii sumere nunc audet pro creatione cum Ario? Addit pag. 647. in psal. 148.

S. Hilarius:

[Nulla nature propriæ virtus, nulla æternitatis substantia in his, quæ creata dicuntur, admittitur.] 342

Licetus:

Ex his ostendit S. Hilarius Filium non esse creatum; quod nature suæ virtus, substantiaque sit æterna. Cur Ferchius audet contradicere, vel rem creatam esse natura sua æternam; vel Filium, qui substantia sua æternus est, esse creatum? esse creatum, ut Adam, Eua, Mundus, & quæuis alia creatura? Præterea lib. 2. de Trin. pag. 17. dicit

S. Hi.

S. Hilarius:

- 343 [Respice ergo ad mundum, & intelliges quid de eo scriptum sit : In principio fecit Deus calum & terram : Fit ergo in principio, quod creatur : & ætatem continet, quod in principio continetur ut fieret. Meus autem piscator, illiteratus, & indoctus, liber à tempore est, solutus à seculis, vicit omne principium; erat enim quod est; neque in tempore aliquo concluditur, ut coeperit quod erat potius in principio, quam fiebat]

Licetus:

Ita S. Hilarius contra Ferchium & Arium decernit, Filium non esse creatum; quia omne creatum fit in actu suæ creationis; & omne quod est, dum est, non fit, neque creatur. Quum autem mundus ideo creatus sit, quia Deus in principio fecit cælum & terram; Verbum autem, quia in principio erat apud Deum, ideo in principio creatum non est, neque factum: contra Ferchii dogma, & Arianorum sententiam. Addit pag. 18. ibidem:

S. Hilarius:

- 344 [Omnia enim per ipsum, & in ipso creata sunt. In ipso autem creata, quia nascebatur creator Deus.]

Licetus:

Contra Ferchius Filium ait nasci creatum, non creatorem omnium creaturarum; quia semetipsum creare non potuit, quem Ferchius esse creaturam faretur, & inter creaturas numerat. Denique, ut alia multa præteream, apud Hilarium contra Ferchium militantiâ, lib. de Synod. pag. 231. ait cum Orientali Concilio

S. Hilarius:

[Si quis voluntate Dei, tanquam vnum. aliquid de creatura² 345
 ra, factum dicat Filium, anathema sit.]

Licetus.

Hoc fulmen euitare Ferchius non potest, qui passim profi-
 tetur Filium esse vnum de rebus creatis in vniuerso creatura-
 rum genere; ac ideo dici primogenitum omnis creature,
 vt & ipse creatura esse intelligatur, vt dicebat Arius, & af-
 fectæ; licet contra sententiam Patrum, vt supra visum est,
 frustra contradistinguere conetur factum à creato, vel hic re-
 clamante S. Hilario.

*Ex Ambrosio contra Ferchium & Arianos ostenditur, Filium
 Dei non esse creatum.*

Cap. XXVII.

S. Hilario plane contra Ferchium & Arianos militans con-
 tenti D. Ambrosius, fusissime, plurimisque rationibus e-
 sacra pagina demonstrando Filium Dei non esse creatum in
 diuinis. Ego vero non omnia proferam in hoc Epitome, sed
 illa tantummodo, quæ S. Doctor attulit magis euidencia con-
 tra dogma, *creati Filii*, aduersum Arianos atque Ferchium in
 suis libris de Fide scriptis ad Imperatorem Gratianum, Prin-
 cipem vere pium. At ergo lib. 1. de Fide, cap. 3.

S. Ambrosius:

[Nunc consideremus, quas Ariani Dei Filio inferant qua- 346
 stiones. Dissimilem Patri dicunt esse Dei Filium. Hoc si ho-
 mini.

mini obijciatur, iniuria est.]

Licetus:

Homo pater Filio suo similis est in natura ; sed homo artifex opificio suo dissimilis . Discrimen est autem apud Catholicos inter generationem prolis , & creationem creaturæ , ut antea visum est , quod generatio prolis est à generante patre speciei & essentiæ penitus ejusdem cum Filio suo ; sed creatio rerum conditarum & operum est à creatore opificeque dissimilis naturæ à suis operibus . Dum ergo Ferchius ait, post Arium, à Deo Patre simul & gigni, & creari Filium, confiteri cogitur Deum, quæ Pater est, esse Filio suo similem; Filium vero, quæ creatura Dei est, esse dissimilis naturæ à Patre suo; quod contradictionem implicat, & absurdissimum est opinari. Deinde 1. de Fide cap. 5. addit

S. Ambrosius:

347 [Creatum dicunt Ariani Filium Dei . Quis autem inter opera sua deputer, ut videatur esse , quod fecit ?]

Licetus:

Qui negare non potest Apostolo Ferchius Filium esse per quem omnia creata sunt , Colof. 1. dum ponit Filium esse creatum, & in genere creaturarum vnum, 1. defen. n. 28. & in 2. defen. n. 97. 98. nonne contradictorem sibi nunc habet Ambrosium? Insuper ibidem subdit

S. Ambrosius:

348 [Nunc videamus, quo distant à Gentilibus Ariani: Illi Deos appellant dispares sexu, dissimiles potestate: Isti Trinitatem asserunt differentis diuinitatis, & dissimilis potestatis.]

Licetus:

Licetus:

Dum Ferchius ponit increatum esse Patrem, Filium autem, & Spiritum Sanctum esse creatos, & in eodem genere cum creaturis ad extra, cum quibus habent suam illam communem creaturæ definitionem, certe cum Arianis asserit differentis esse diuinitatis Trinitatem. Nam creatum ab increato differt essentialiter. Atque Trinitatem ponit differentis, dissimilisque potestatis; quia creatio est actus omnipotentiae; quam in solo Patre constituit, qui omnium creator est, tam ad intra, Ferchio, quam ad extra; non item in Filio, nec in Spiritu Sancto; quorum neuter semetipsum creare potest, neque Spiritus Sanctus, vel Ferchio, Filium creat ad intra. Subdit illico

S. Ambrosius:

[Illi tamen Gentiles quod venerantur, amplificant: isti Ariani Dei Filium creaturam asserunt esse, qui Deus est.] 349

Licetus:

Et Ferchius Dei Filium, qui Deus est, creaturam asserit esse, ac in genere rerum omnium creatarum. Addit 1. de Fide cap. 6.

S. Ambrosius:

[Restat ut illud quoque sacrilegium redarguatur, ac probemus creaturam non esse Dei Filium.] 350

Licetus:

Sacrilegium id aperte cum Arianis committere videtur non semel Ferchius, dum illi Filius dicitur primogenitus omnis creaturæ, ut & ipse creatura esse intelligatur. Addit ibi

B b

S. Am.

S. Ambrosius:

351 [In quo nobis præfens oraculum lectionis aspirat ; dicente Domino Marc. 16. *Ite in orbem vniuersum , & predicate Euangelium omni creaturæ .* Qui vniuersam dicit , nullam excipit . Et ideo vbi sunt , qui creaturam Christum appellant ? Nam si creatura esset , nunquid ipse sibi mandaret Euangelium prædicari ? Non igitur creatura est , sed creator , qui docendæ creaturæ discipulis suis mandat officium .]

Licetus:

Hic aperte contradicit Ambrosio Ferchius , asserens 2. defens. n. 92. & epist. Bald. pag. 77. Filium dici primogenitum omnis creaturæ , vt & ipse creatura esse intelligatur . Adijcit

S. Ambrosius:

352 [Non creatura Christus . Vanitati enim creatura subiecta est , sicut Apostolus dixit Rom. 8. Nunquid ergo Christus subiectus est vanitati ?]

Licetus:

Non ait Ambrosius , Filium non esse creaturam eius generis , quæ subiecta sit vanitati ; sed ait , ideo Filium non esse creaturam , quia simpliciter omnis creatura subiecta est vanitati ; proindeque Filium eximit ex vniuerso creaturarum genere , contra placitum Arianorum , & Ferchij . Adiungit illico

S. Ambrosius:

353 [Rursus , iuxta eundem Apostolum ibidem , *Creatura congemiscit , & comparturit vsque nunc .* Nunquid ergo Christus congemiscit , & comparturit , qui nostros à morte gemitus liberauit ?]

Licetus:

Licetus:

Quomodo Ferchius Filium esse creatum ad intra ponit, esse creaturam, sicut Adam, & Eua, ad extra? Subnectit iliico

S. Ambrosius:

[*Creatura*, inquit Apostolus 2. Corin. 2. *Liberabitur à seruitute corruptionis*. Videmus igitur magnam inter creaturam, & Dominum esse distantiam; quia seruitus creatura est, Dominus autem Spiritus est. Vbi autem Spiritus Domini est, ibi libertas.]

Licetus:

His consentit Iudith 16. dicens, omnem creaturam seruire Deo: Sed Ferchius asserens Filium dici primogenitum omnis creaturæ, vt & ipse creatura esse intelligatur, Filium Dei constituit esse seruum Patris; cuius esse creaturam profiteretur; quod placitum est Arianorum blasphemia, dicentium passim, Filium esse ministrum Patris. Addit 1. de Fide cap. 7.

S. Ambrosius:

[Paulus inquit, *Seruus sum Iesu Christi*; bonus seruus, qui Dominum recognoscit, ipse creaturæ seruire nos prohibet. Quemadmodum ergo Christo ipse seruiret, si Creaturam Christum putasset? Aut igitur desinant colere, quem creaturam appellant; aut desinant, quem colere se simulant, dicere creaturam; ne sub appellatione creaturæ sacrilegia grauiora committant.]

Licetus:

Quid euentius ab Ecclesiæ Sancto Doctore dici poterat contra Ferchium, qui Filium Dei creaturam appellat: & in

genere creatarum rerum reponit, quem Deum colit & Adiu-
git mox

S. Ambrosius:

356 [Quomodo autem creatura in Deo esse potest & etenim De-
us naturæ simplicis est, non coniunctus, neque compositus :
cui nihil accedat ; sed solum, quod diuinum est, in natura
habeat sua ; complens omnia &c.]

Licetus:

Si creatura in Deo esse non potest ; quomodo Filius, qui
semper est in sinu Patris ; quique dicit : *Ego in Patre, & Pa-
ter in me est*, creatura dici potuit à Ferchio, sicut & ab Ario ?
Addit:

S. Ambrosius:

357 [Si naturalem ergo Filij Maiestatem quærimus, genitus
est. Qui genitum inficiatur, proprium negat : Qui proprium
abnuic, communem ceteris arbitratur.]

Licetus:

Certe dum Ferchius communem Filium dicit esse ceteris
creaturis, asserens tum ipsum dici primogenitum omnis cre-
aturæ, vt & ipse creatura esse intelligatur ; quod & Arius as-
serebat, vt visum est : tum, si loquamur de rebus creatis,
primam rerum creatarum esse Sapientiam Dei primogenitam :
clare ponit Filium Dei esse communem creaturam cum cete-
ris. Apage talem theologiam. Addit:

S. Ambrosius:

358 [Eadem facit Filius opera, quæ Pater facit.]

Licetus:

Licetus:

Quomodo Pater Filium creat, quum Filius semetipsum creare nequeat? quomodo Filius creat opera, quæ Pater, si Pater Filium creat, qui semetipsum creare non valet? quomodo Ferchius cum Arianis ait Filium à Patre creati? creata namque sunt omnia creatoris opera. Addit lib. 3. de Fide, cap. 7.

S. Ambrosius:

[Alia substantia Dei, alia creaturæ. Non potest substantius Filius Dei esse creatura, per quem cuncta subsistunt.] 359

Licetus:

Quomodo contra hæc audet dicere Ferchius, Filium Dei esse creaturam cum ceteris, per quem omnia creata sunt, & in quo subsistunt omnia, ut ait Apostolus Colos. 1. ? Addit:

S. Ambrosius:

[*Inoperatum meum* psal. 139. *viderunt oculi tui; eo quod non operis factura sit Filius; sed Verbum genitum potestatis æternæ; à catèrgiston enim dixit, hoc est, inoperatum, atque increatum Verbum sine alicuius creaturæ testimonio ex Patre natum.]* 360

Licetus:

His Ambrosius contra Ferchium ponit, opus & factum à creato minime distingui: simul & Filium, sicut non est quid operatum, ita non esse proprie creatum. Addit.

S. Ambrosius:

[Satis fuerat dicere: *Qui dicit Creaturam Christum, anathema sit.*] 361

fit : cur homo confessionis Arianae venenum commiscet ; ut totum corpus contamineat ? addendo enim , secundum ceteras creaturas , non creaturam Christum negas , etsi præstantiorem dicas ceteris creaturis.]

Licetus :

Quid dicemus de Ferchio , qui nunquam dixit Filium esse præstantiorem ceteris creaturis , sed semper Filium Dei esse creaturam , sicuti ceteræ creaturæ ? Sic enim ait 1. defen. n. 28. & 2. defen. n. 97 98. & epist. Bald. pag. 35. 36. 46. 77. Addit l. 5. de Fide cap. 4.

S. Ambrosius :

362 [Itaque quum Patris , & Filii , & Spiritus Sancti diuinitati , quæ sola non inter omnia , sed super omnia est , nulla possit creatura conferri (ut de Spiritu interim assertio reseruetur) sicut Pater dicitur solus Deus verus , cui nihil commune cum ceteris ; ita etiam solus est Filius vera imago Dei , Colos. 1. & 1. Corin. 1. solus dextera Patris , solus virtus Dei , atque Sapiencia . Solus ergo Filius facit , sicut & Pater ; quia Scriptum est , Ioan. 15. *Quæcunque facit ipse , hæc & Filius similiter facit.* Quum enim vnum opus sit Patris , & Filii , bene de Patre , & Filio dicitur , quod *Deus solus operatus est* . Vnde etiam quum creatorem dicimus , Patrem & Filium confitemur . Nam utique quum Paulus Rom. 1. diceret , *Qui seruierrunt creaturæ potius , quam creatori* , non Patrem creatorem negavit , *ex quo omnia* : non Filium , *per quem omnia &c.*]

Licetus :

Si Filii diuinitas Ambrosio non est inter creata ; cur contradicit Ferchius 2. defen. n. 98. *Si loquamur de rebus creatis , prima rerum creatarum est Sapiencia Dei primogenita ? Si Filius* 363 *est , quoad sui diuinitatem ita super omnia , ut illi nulla possit crea-*

creatura conferri, de mente S. Ambrosii; cur Ferchius contradicit, 1. defens. n. 28. & alibi, Filio comparans Adamum, Euam, & omnia creaturarum genera in ratione creaturæ? Si, vt Patri, sic & Filio, nihil est commune cum ceteris, ex 364
 Ambrosio: cur Ferchius contradicit 1. defens. n. 28. 2. def. nu. 97. & epist. Bald. pag. 35. 36. 46. 77. Filio cum creaturis esse communem nuncupationem, definitionemque creaturæ, produci ex præsupposito, præexistentemque principio permanente in re producta? Si vt Pater ab Apostolo creator dicitur, ex quo omnia: ita Filius, per quem, & in 365
 quo omnia creata sunt; cur à Ferchio Filius dicitur esse creatus, & inter creaturas numeratur 2. defen. n. 97. ? An ne Filius creauit semetipsum, si omnes creauit creaturas? Si quæcunque creat Pater, eadem creat & Filius; iam & Filius, quem à Patre creatum ponit Ferchius, vt alia, epist. Bald. pag. 46. 366
 semetipsum creauerit? quid absurdus? Addit

S. Ambrosius:

Vt scias, quod Dei Filius Vnigenitus, secundum diuinitatis potentiam, nec nomen habet, nec consortium commune cum ceteris.] 367

Licetus:

Contradicit Ferchius, Filium Dei vnigenitum, secundum suæ diuinitatis personam habere cum ceteris cōmune tū nomen creaturæ createque rei; tum etiam consortium præexistentis, præsuppositique principij; tum esse creatum à Deo; tum communem creaturæ definitionem à Ferchio propositam. Addit

S. Ambrosius:

[Vnde & evidens est, quomodo Dominum dicat, quem Patrem nouit: Air enim Matth. 11. *Confiteor tibi Pater, Domine cali & terre*: Ante Patrem dixit Sapientia suam, postea 368
 creatu-

creaturæ Dominum nuncupavit . Itaque dominatum non esse , ubi vera progenies est , ipse Dominus ostendit in Evangelio suo dicens , Matth. 22. *Quid vobis videtur de Christo ? cuius Filius est ? Dicunt ei, David . Dicit illis Iesus : Quomodo ergo David in Spiritu vocat eum Dominum , psal. 109. dicens : Dixit Dominus Domino meo , sede a dextris meis ? Et addidit : Si ergo David in Spiritu vocat eum Dominum , quomodo Filius eius est ? & nemo poterat ei respondere verbum .* O quam caute propter Arianos etiam in hoc testimonio Dominus Fidei prospexit ! Non enim dixit , vocat eum Spiritus Dominum : Sed quod David dixit in Spiritu . Ut cuius secundum carnem Filius est , David scilicet , eius etiam secundum Diuinitatem , & Dominus & Deus crederetur . Vides igitur quod nomen Paternitatis , & Domini discretum est . Et bene Dominus suum quidem Patrem , celi autem , & terræ Dominum prædicauit ; vt tu quum legis , & *Patrem & Dominum* , intelligas Patrem Filii , & Dominum creaturæ . In alio prærogatiua naturæ est : in alio autoritas potestatis . Formam enim serui accipiens , Philip. 2. eo vtique Dominum vocat , quo seruitutem suscepit : æqualis in Dei forma , seruus in corpore ; seruitus enim carnis : dominatus autem Diuinitatis est.]

Licet us :

Ambrosio , Pater non est Filii Dominus : sed solus Deus est creaturæ Dominus . Quomodo Ferchius Filii diuinitatem audet asserere creaturam Patris ? cur non distinguit in ratione creaturæ , humanitatem à Diuinitate Christi ? cur non veretur affirmare cum Arianis , Filium ante carnis assumptionem , esse creaturam Dei , sicut est cælum , terra , & quæuis alia creatura sensibilis ? Nonne videt ita se dicere Filium esse conseruum creaturarum omnium ? Dicereque Patrem esse Dominum æterni Filii sui ? Sed orthodoxi Filium Deum adorant æqualem omnino Patri , nefas esse iudicantes Filium , tanquam creaturam , Patri , ceu Domino totius creaturæ subijcere . Addit 5. de Fide , cap. 5.

S. Am-

S. Ambrosius:

[Nam quid præcellentius potest dici, quam quod Aposto-
 lus 1. cor. 1. dixit: *Dominum Maiestatis crucifixum*? Filius ergo 359
 est Deus, & Dominus Maiestatis. Non ergo creatura Filius.]

Licetus:

Cur Ambrosio contradicens Ferchius, cum Ario dicit, Fi-
 lium appellari primogenitum omnis creaturæ, vt & ipse crea-
 tura esse intelligatur? 1. defen. n. 97. & epist. Bald. pag. 77.
 Addit ibidem

S. Ambrosius:

[Filius Paternæ est imago substantiæ: omnis autem creatu- 370
 ra dissimilis supernæ substantiæ. Sed non dissimilis Dei Pa-
 tris Filius. Non ergo creatura Filius.

Licetus:

Quomodo contradicere nunc audee Ambrosio Ferchius di-
 cens, Filium esse creaturam? & in ratione creaturæ similem
 Adamo, & alii cuilibet creaturæ? Addit ibid.

S. Ambrosius:

[Filius, Philip. 2. non rapinam arbitratus est esse æqualem 371
 Deo; sed nulla creatura æqualis Deo: æqualis autem Filius.
 Non ergo creatura Filius.]

Licetus:

Cur Ferchius cum Ario præ tendit Filium esse creaturam &
 cur aliquam creaturam Deo æqualem esse, contradicens Am-
 brosius?

brofio ? contradictoria namque sunt : Nulla creatura est equalis Deo, vt ait Ambrosius: & aliqua creatura, nempe Filius est equalis Deo, vt ait Ferchius. Cui credemus, Ambrosio ne, an Ferchio ? Addit ibid.

S. Ambrosius:

372. [Omnis creatura mutabilis est: Sed non mutabilis Dei Filius. Num 41. Non ergo creatura Dei Filius.]

Licetus:

Nonne creaturam vocans Dei Filium Ferchius, 2. defen. n. 97. & epist. Bald. pag. 77. aperte contradicit Ambrosio ? Addit illico.

S. Ambrosius:

373. [Omnis creatura accidentia boni, & mali recipit suæ capacitare naturæ; eademque decessionem sentit; Dei autem Filius nihil potest ex eius diuinitate vel decedere, vel accedere. Non ergo creatura Dei Filius.]

Licetus:

Quomodo contra hæc non dubitat asserere Ferchius Dei Filium esse creaturam ? Addit.

S. Ambrosius:

374. [Omne opus suum Deus adducet in iudicium: Eccles. 11. Sed Dei Filius non adducetur in iudicium; quia Ioan. 5. ipse iudicat. Non ergo creatura Dei Filius.]

Licetus:

Et adhuc perseuerat Ferchius asseuerare Dei Filium esse creatu-

creaturam, toties, atque tam aperte contradicente S. Ecclesie Doctore? Addit

S. Ambrosius:

[Qui non impar est gratia, quomodo impar est potestate? 375
Sic etiam non perdit Filius, ut Pater; & ideo ne quis vel duos Deos crederet, vel discretionem potestatis induceret, vnum se esse cum Patre dixit. Id quemadmodum potest dicere creatura? Non ergo creatura Dei Filius est.]

Licetus:

Ambrosianis hisce contradicens audet Ferchius non semel asseuerare Filium Dei esse creaturam; adeoque differentis a Patre potestatis, qui creaturas omnes condere valens, omnipotens est; Filius vero, qui semetipsum creare nequit, omnipotens, ut Pater, Ferchio dici non valeat. Addit

S. Ambrosius:

[Non idem est regnare, & seruire, Luc. 22. Christus autem & Rex est, & Filius Regis, psal. 71. Non ergo seruus est Dei Filius.] 376

Licetus:

Cur audet Ferchius asserere Dei Filium esse creaturam; quum omnem creaturam Dei sacra pagina, Iudith 16. dicat esse Dei seruam? Addit

S. Ambrosius:

[Omnis autem creatura seruit: Sed non seruit Dei Filius, qui ex seruis filios Dei facit, Ioan. 1. Non ergo creatura Dei Filius.] 377

C c 2

Licetus:

Licetus:

Quid apertis adeo testimonijs audeat contradicere Ferchius, & Dei Filium esse creaturam confiteri? Addit l. 5. de Fide cap. 6.

S. Ambrosius:

378. [Subiectum itaque, Imperator Auguste, quemadmodum de-
beamus accipere, consideremus. Quomodo enim subiectus
Dei Filius? ut creatura vanitati? Rom. 8. Sed impium est de
diuinitatis substantia tale aliquid aestimare.]

Licetus:

Omnes creaturas esse vanitati subiectas, ostendit D. Augu-
stinus to. 6. pag. 252. præter Apostolum Rom. 8. hic ab Am-
brosio citatum; quomodo Ferchius audeat dicere Filium Dei
esse creaturam, qui vanitati subiectus dici nequit, nisi per
impietatem? Addit

S. Ambrosius:

379. [An quemadmodum creatura omnis subiecta est Dei Filio;
quod æque scriptum est psal. 8. *Omnia subiecisti sub pedibus eius*;
sed non Christus ipse sibi subiectus est.]

Licetus:

Omnis creatura Christo subiecta est, secundum Ambrosium
ex Dauide; sed eodem Doctore, Christus non est sibi ipse
subiectus: ergo contradicit Ambrosio Ferchius, dum ait Fi-
lium esse creaturam, sicut Adam, & omnis alia creatura.
Addit

S. Ambro-

S. Ambrosius:

[An quemadmodum mulier viro, sicut legimus Ephes. 5. ³⁸⁰
Mulieres viris suis subditæ sint? & alibi 1. Timo. 1. Mulier in silen-
tio discat cum omni subiectione? Sed sacrilegium est, vel Patri
virum, vel Dei Filium mulieri comparare.]

Licetus:

Multo maius est Ferchij sacrilegium, qui comparat in ra-
tione creaturæ Filium Dei, secundum diuinitatem, non so-
lum Euæ, sed terræ, mistis inanimatis, brutis ratione caren-
tibus, tabernaculo manufacto 1. defen. n. 28. & epist. Bald.
pag. 35. 36. 46. 77. & 2. defen. n. 97. 98. Addit

S. Ambrosius:

[An quemadmodum Petrus dixit 1. epist. Subiecti estote om- ³⁸¹
ni humanæ creaturæ? Nec sic itaque Christus. Vel quemadmo-
dum Paulus scripsit Ephes. 5. Deo & Patri subiecti inuicem in ti-
more Christi? Sed neque in suo, neque in alterius Christi timo-
re subiectus est Christus, quia vnus est Christus.]

Licetus:

Quum ergo creatura quælibet subiecta sit, ex Ambrosij sen-
tu, Filius autem Dei nulla ratione subiectus esse, vel dici va-
leat; contra Ferchium non minus, quam aduersus Arianos
hic demonstrat Ambrosius, Filium Dei non esse creaturam.
Addit item

S. Ambrosius:

[Alia sunt enim, quæ subijciuntur; ea vtique, quæ crea- ³⁸²
ta sunt: & alius, cui fit illa subiectio.]

Licetus:

Licetus: 2.

Si quæ creata sunt, alij subiecta sunt; quum Dei Filius in Trinitate nulli subiectus esse valeat; iam Filius in Trinitate non recte creatus, & creatura dicitur à Ferchio, nec ab Ario. Addit l. 5. de Fide cap. 8.

S. Ambrosius:

383 [Nos ergo erimus arbitri, ut inter te, Pater, & Filium tuum increatę Maiestatem substantię diuidamus?]

Licetus:

Quomodo se talem arbitrum audet exhibere Ferchius, dum ponit Filium esse creatum ab increato Patre? creaturamque non minus, quam Adam, Eua, terra, bruchus, & locusta? diuidens maiestatem increatę substantię Patris, à creata diuinitate Filij? Addit

S. Ambrosius:

384 [Viderint tamen quid faciant Ariani: Ego te, Pater si maiorem omnibus dixerō; iniuriose te tuis operibus comparauī.]

Licetus:

An non iniuriose comparat Ferchius Filium creaturis, quę sunt opera Filij, dum Filium esse creatum asserit, sicut Adam, Eua, terrarum orbis, terra, mistum quoduis inanimatum, & quęuis alia creatura. Addit

S. Ambrosius:

385 [Si te, Pater, dixerō maiorem Filio, ut Arius asserit, impie iudicauī.]

Licetus:

Licetus:

Quum Pater sit maior dignitate, sine comparatione, quam vniuersum genus rerum à se creatarum; dum Filium in vniuerso rerum creatarum genere Ferchius enumerat cum Adamo, Eua, terra, & locusta, ceterisque conditis, non ne Patrem maiorem Filio dicit, & impie cum Ario iudicat Filium esse creaturam? Itaque, vt alia multa præteream, alibi forte notanda, satis ex D. Ambrosio patet, non esse Ferchio subscribendum, ponenti Filium Dei esse creatum ad intra, nihilo minus quam condita sit ad extra quælibet alia creatura.

Ex ipsomet Ferchio sibi contradicente deducitur, Filium non esse creatum ad intra.

Cap. XXVIII.

Ceterum quid aliorum testimoniis egemus? Ferchius ipse nobis argumenta perhibet, quibus Filium Dei non esse creatum ad intra necessario demonstremus; dum ait omne creatum conseruari à creatore suo, siue creetur ad extra, siue ad intra. Sic enim scribit in epistola sua *De Productione Filij Dei* ad Baldum pag. 81.

Ferchius:

„Creatio productio est etiam ad intra. Creatio factio est
 „præcisè ad extra. Et secundum hanc, Filius est creator om-
 „nium, conseruator omnium, inquam, eorum quæ sunt ad ex-
 „tra. Neque enim conseruat, vel creat Patrem. Igitur non
 „est creator omnium, si in illo signo vniuersali, omnium, in-
 „telligas ad intra. Sed est creator omnium ad extra, vna
 „cum Patre & Spiritu Sancto.

Licetus:

Licetus:

His Ferchius duas positiones habet: vnā quidem veram, sed quæ demolitur suam præcipuam positionem de Filio creato ad intra; alteram vero falsam, qua Deum connumerat inter omnia. Circa primam, verum quidem est, omne creatum conseruari à Creatore suo; & propterea recte Ferchius ait à Filio Patrem non creari, quia Filius Patrem non conseruat in diuinis. Verum si Filius ad intra non creat Patrem, quia Patrem suum non cōseruat; eadē planè ratione contra Ferchium necessario colligimus, à Patre Filium ad intra non creari; quia Pater in Trinitate non conseruat Filium suum, alioqui Filius ad intra minor esset Patre, quo conseruatore indigeret; quum tamen illi sic equalis in gloria, maiestate, ac omnipotentia. Sic enim ait in Symbolo

S. Athanasius:

[Sed Patris, & Filii, & Spiritus Sancti vna est diuinitas; æqualis gloria, cœterna maiestas. Qualis Pater, talis Filius: talis Spiritus Sanctus. Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus Sanctus. Immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus Sanctus. Aeternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus Sanctus. Et tamen non tres æterni, sed vnus æternus. Sicut non tres increati, nec tres immensi; sed vnus increatus, & vnus immensus. Similiter omnipotens Pater, omnipotens, Filius, omnipotens Spiritus Sanctus. Et tamen non tres omnipotentes, sed vnus omnipotens. Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus. Et tamen non tres Dii, sed vnus est Deus. Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus Sanctus. Et tamen non tres Domini, sed vnus est Dominus &c.]

Licetus:

Quum ergo Filius in Trinitate sit æqualis omnino Patri suo, in omnipotentia, diuinitate, gloria, & Maiestate; iam Filius ad intra non conseruatur à Patre suo; conseruator est enim re conseruata dignior atque potentior. Si ergo Ferchio Filius non creat Patrem ad intra, quia illum non conseruat; quum similiter Pater in diuinis non conseruet Filium suum; iam Pater in Trinitate Filium non creat. Dum itaque Ferchius hic ait omne creans, tam ad intra, quam ad extra, conseruare creaturam suam: & ideo Patrem à Filio non creari ad intra, quia Filius in Triade Patrem suum minime conseruat: Quum à pietate procul absit, qui dicit in diuinis à Patre Filium conseruari: iam sibi metipsum Ferchius contradicit, dum frequenter asserit Filium esse creatum ad intra, esse creaturam Patris in diuinis: toties enim dicit Filium in Trinitate prorsus indigere conseruatore Patre, à quo semper produci- tur. Quod asserere, contra catholicam pietatem est blasphemare. Vtius audire debuerat Hipponensem Episcopum ipse Ferchius opponentem hæretico Feliciano, conseruationem esse donum gratiæ, quam cuiuslibet creaturæ, quæcun- que sit illa, Deus impartitur, eo quod per naturam de se sit corruptibilis, adeoque de se permanere nequit, nisi à Deo conseruetur in esse per gratiam. Ita namque decernit in lib. contra Felicianum, cap. 7.

S. Augustinus:

[Creatura namque est, ex eo quod adhuc non est, vel ali- 388 quando non fuit, rei cuiuslibet corruptibilis, quantum in se est, Patris Omnipotentis Dei voluntate facta substantia] & mox [creatura est corruptibilis per naturam, nisi fuerit ser- uata per gratiam. Filius incorruptibilis, qui nascendo incorruptibilis ex incorruptibili Patre videtur habere substan- tiam.]

Licetus:

Interrogo Ferchium, an existimet Filium, quem in diuinis
ait esse creatum à Patre, esse similiter conseruatum à Patre?
Si dicat Filium esse creatum à Patre, sed non ab eo conserua-
tum; iam nedum Augustino contradicit, asserenti quamlibet
creaturam, in esse conseruari à Creatore suo, quod natura
sua sit corruptibilis: verum etiam sibi metipsi, qui dicens
Filium non esse Creatorem omnium vniuersaliter, eo quod Patrem
suum non creet, quem non conseruat; clare ponens qui
creat ad intra, conseruare quoque rem ab se creatam. Si con-
tra dicat, vt necesse prorsus est ex ista doctrina sua illum
dicere, Filium ad intra pariter esse creatum à Patre, atque
conseruatum; iam Filium asserit indigere gratia Patris, qua
conseruetur in esse ad intra. Sed ita fuerit Filius ad intra de
se corruptibilis per naturam, qui gratia Patris indigeat, qua
conseruetur in esse ab eo, à quo creatus est: quæ duæ sunt
Arianorum blasphemix, contra quas Athanasius & omnes
alij Sancti Patres edisserunt, ostendentes Filium in Diuinis
non esse creatum, nec à Patre conseruatum, nec vllam ab eo
gratiam recipere, sed solum naturam; nulla gratiæ dona,
solum omnia naturæ attributa; quod sit in omnibus Patri
suo similis, & æqualis, non illo vlla ratione minor, ac im-
perfectior: vt esse necessum est illum, qui ab alio gratiæ do-
num aliquod accipit, atque speciatim gratiam conseruatio-
nis. Itaque Filius, qui non conseruatur à Patre, nec ab eo
creari dicendus est, secus ac opinetur cum Ario Ferchius.
Aut ergo neget Ferchius Filium esse creatum, si non admittit
eum per gratiam in esse conseruatum: qui Patrem à Filio
non creari dicit, à quo non conseruatur; aut dum creatum
Filius à Patre ponit cum Arianis, eum esse conseruatum à
Patre, cognoscat se blasphemare cum hæreticis, & locum gra-
tiæ dare in Trinitate, vbi nulla gratia prorsus est, sed æqua-
lia cuncta. Denique vero qua subtilitate diuidere potuit hic
Ferchius creationem, in eam, quæ est creatio factio; & eam,
quæ

quæ est creatio productio? nonne qui 1. defens. n. 28. dixerat: Productionem esse genus creationis commune factio; factio- nem ponit esse productionem rei factæ, sicuti creatio est pro- ductio rei creatæ? cur hic sibi creatio factio non est creatio productio, sed ab ea contradistinguitur? mihi ex æquo quæ- libet creatio, tam quæ ex nihilo, quam ea quæ ex aliquo est, dicenda videtur esse creatio productio rei conditæ, siue creata sit ex nihilo, siue ex aliquo. Genus enim ex æquo de alterutra sua specie prædicatur.

Filium non esse creatorem omnium absolute Ferchius decernit contra doctrinam S. Ambrosij, & veram Theologiam.

Cap. XXIX.

Verum & illud alterum dogma Ferchii non minus à Catho- lica Fide procul abscedit, quo negat eodem loco Filium esse creatorem omnium vniuersaliter, dicens ibidem

Ferchius:

„Creatio productio est etiam ad intra: Creatio factio est
 „ præcise ad extra. Et secundum hanc Filius est creator om-
 „ nium, conseruator omnium, inquam, eorum quæ sunt ad
 „ extra. Neque enim conseruat, vel creat Patrem. Igitur
 „ non est creator omnium, se in illo signo vniuersali *omnium*
 „ intelligas ad intra. Sed est creator omnium ad extra vna
 „ cum Patre, & Spiritu Sancto.

Licetus:

In primis ista Ferchii Theologia nec Fidei; nec verita- 390
 ti consonat, dum collocat, & numerat Deum in vniuersitate
 rerum omnium, tanquam vnum de omnibus. Est enim Deus

ab omnibus segregatus, & supra omnia prorsus, nec in omnium numero: ut ait lib. 1. de Fide cap. 1. de Filio.

S. Ambrosius:

391 [Nam si Patre posterior est, recens est: & si vnus non est diuinitatis, alienus est. Sed non posterior, quia recens non est; nec alienus, quia ex Patre natus, quia supra omnia est Deus benedictus in secula.] & 1. de Fide cap. 6. [Quis hunc induxit sermonem, ut eum, qui creauit omnia, diceret creaturam? Num ipse Dominus se creauit? Si enim lectum est, Ioan. 1. quod *per ipsum omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil*, nunquid ipse se fecit? Si lectum est, quod negari non potest, quia Deus, psal. 103. *In Sapientia fecit omnia*; nunquid verisimile videri potest, quia a seipsa facta est Sapientia?] & infra [Filium inquit non vnum de multis, non communem, sed suum. suum vnum, quum dicit, generationis eternae proprietatem signauit.]

Licetus:

Profecto Creator habet ad creaturas habitudinem: Dum ergo legimus apud Ambrosium, & in diuina pagina Ecclesiast. 24. & 2. Machab. 7. Deum esse Creatorem omnium absolute, sine prorsus vlla limitatione, nobis intelligendum est, eum esse Creatorem omnis creaturae, nulla penitus excepta. Quare Filius, etsi Patrem non creet, omnium tamen Creator est; quia Pater creatus non est, creatura non est. Ita Pater est omnium creator, etsi Filium non creet proprie, neque Spiritum Sanctum; quia Filius, & Spiritus Sanctus proprie creati non sunt, neque creaturae sunt. Deinde si cum Ferchio signum illud, *omnium*, ita velimus vniuersaliter accipi posse, ut non solum res extra Deum complectatur, sed etiam diuinas personas; iam absolute Deus, neque Pater, neque Filius, dici poterit Creator omnium; quia neque Pater semetipsum creat; neque Filius Patrem creat, neque semetipsum;

ipsum; quod Arianis obijcit Ambrosius non magis quam Fer-
 chio. Dicamus ergo cum Ambrosio Filium esse Creatorem
 omnium rerum creatarum absolute, Patremque similiter es-
 se Creatorem omnium vniuersaliter, etsi neque Filius Patrem
 creet, neque Pater Filium; quia vniuersaliter omnis creatu-
 ra est extra Deum, & nulla prorsus ad intra reperitur in Tri-
 nitate. Num ignorat Ferchius Creatorem omnium dici, qui
 Creator est omnium creaturarum? Num eum latet in scien-
 tijs terminos accipi debere secundum subiectam materiam? 392
 & creatorem referri non posse nisi ad creata sua, & ad creatu-
 ras omnino? Denique vero Ferchius hic petens principium,
 falso supponit, præter creaturas ad extra, reperiri crea-
 turas ad intra, Filium, & Spiritum Sanctum, quod est id, de
 quo disputamus; & ab ipso gratis accipi non debet, quod
 probare tenetur. Addendum his est, ex ista positione Fer-
 chij, negantis Filium omnia posse creare, quia Patrem non
 creat: & consequenter etiam Patrem non posse vniuersaliter
 omnia creare, quia semetipsum non creat; quum creatio sit
 actus omnipotentis; vt asserunt omnes Orthodoxi cum Eccle-
 siæ Symbolo, speciatimque D. Tho. 1. p. qu. 45. ar. 5. pla-
 nè, sequi Ferchium negare tum Patrem esse simpliciter omni-
 potentem: tum Filium esse omnipotentem, sicut Pater est;
 sed esse minoris potestatis, quam sit Pater; eo quod ad men-
 tem Ferchii Pater omnia creat, præter seipsum; quia & ad
 intra creat Filium, & Spiritum Sanctum, & ad extra cunctas
 alias creaturas: Filius autem neque Patrem creat, neque se-
 ipsum, sed solum Spiritum Sanctum ad intra, & omnes crea-
 turas ad extra. Spiritumque Sanctum minus potentem ponit,
 quam sit Pater, & Filius; quia solum creat res ad extra, ni-
 hil omnino creat ad intra. Quare Ferchio per istam suam
 positionem Deus non est omnipotens, nec absolute Creator
 omnium, & Filius est minoris potestatis, quam sit Pater; &
 adhuc minoris potestatis existit Spiritus Sanctus, quam sit Fi-
 lius & Pater; Patre non potente semetipsum creare ad intra,
 quum in Trinitate creet Filium, & Spiritum Sanctum; Filio-
 que non potente creare Patrem in Trinitate, neque seipsum;
 quum

quum ad intra creat solum Spiritum Sanctum: & Spiritu Sancto nihil omnino potente creare ad intra, neque semetipsum, neque Filium, neque Patrem; sed eius potentia limitata sic ad solas creaturas exteriores: Quæ quidem dogmata, ut ex Ambrosio clarent in allata doctrina Ferchii, ponentis creaturas ad intra, sic absunt à Catholica doctrina Symboli S. Athanasii, in quo S. Mater Ecclesia recipit, quod scribit

S. Athanasius.

392 [Omnipotens Pater, Omnipotens Filius, Omnipotens Spiritus Sanctus. Et tamen non tres Omnipotentes, sed vnus est Omnipotens. Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus Sanctus & tamen non tres increati, sed vnus est increatus. Immensus Pater, Immensus Filius, immensus Spiritus Sanctus & tamen non tres immensi, sed vnus immensus.]

Licetus:

His contradicit hac sua doctrina Ferchius; tùm nullam omnino ponens diuinarum personarum Omnipotentē, Ambrosii notatu: quia Pater seipsum creare non valens, omnia vniuersaliter creare non potest: Itidem Filius neque Patrem, neque seipsum creare potens, creator omnium omnipotens non est. Etiam Spiritus Sanctus nihil creaturarum ad intra creans, Creator Omnipotens Ferchio non est. Pariter illi solus Pater est increatus, & Filius patitur esse creatus à Patre; & Spiritus Sanctus à Patre simul & à Filio creatus asseritur. Itidem nulla trium personarum Ferchio est simpliciter immensa, quum habeat potestatem creandi limitatam ad aliqua, non extensam ad omnia creanda. Quis non videret hæc esse placita penitus à Fide catholica deuiantia? Sed iam ad alia Ferchii dogmata perpendenda veniamus.

Filium Dei esse creatum à præexistente Patre, ac ex præexistente substantia Dei Patris, affirmat Ferchius cum Arianis: negant omnino Sancti Patres.

Cap. XXX.

Communicat etiam cum Arianis, discedens à communi sensu Sanctorum Patrum Ferchius in eo, quod affirmat Filium in Trinitate creatum esse de præexistente substantia Dei Patris, ut ad extra creatus est Adam, & omnia alia creatura sensibilis ex præexistente suo materiali principio. Nam Arianorum multi, quos arguit S. Athanasius in oratione quinta, dixerunt Filium Dei creatum ex diuina substantia prius existente in monade, hoc est in solo Patre, deinde dilatata & extensa in dualitatem, per creationem Filii, denique in Trinitatem, per creationem Spiritus Sancti. Sic enim de proposito scribit in. 1. Vestigationum Peripateticarum cap. 14.

Ferchius:

- » Quapropter quatuor emergunt membra, quibus aliquid fit ex aliquo.
- » 1. ex præexistente, & inexistente:
- » 2. & non præexistente, sed inexistente:
- » 3. ex præexistente, non inexistente:
- » 4. ex non præexistente, & non inexistente.
- » Compositum generatione fit ex materia primo modo; ex forma secundo &c.
- » Deinde scribit in sua defensione Vestigationum n. 28. idem

Ferchius:

- » Creatio theologice est productio entis ex aliquo principio præsupposito, & interno ipsi productio. Et genus creationis est

„ est productio . Extenditurque creatio & ad intra in Deo ,
 „ & ad extra in creaturis . Ad intra , Sapiencia primogenita
 „ ante omnem creaturam in Ecclesiastic. 24. de se loquitur :
 „ *Ab initio , & ante secula creata sum , & cum* 70. Interpretib.
 „ Prou. 8. *Dominus creauit me principium viarum suarum , vt*
 „ est apud S. Cyrillum 5. Thel. cap. 3. & 4. Quoniam Fili-
 „ us Dei non ex nihilo , sed ex substantia Patris præsupposi-
 „ ta , & inexistente ipsi Filio , productus est ; idcirco & dici-
 „ tur creatus . Ad extra Sap. 11. *Non enim erat impotens*
 „ *manus tua , que creauit Orbem terrarum de materia informi .*
 „ Genes. 5. *Masculum , & feminam creauit eos : de luto nimi-*
 „ *rum , & costa .* Hebr. 9. *Tabernaculum non manufactum , id est*
 „ *non huius creationis .* Quæ creata dicuntur , quia producta sunt
 „ de principio præ existente , & inexistente .

Verum etiam in epistola de Productione Filij Dei ad Bal-
 dum , pag. 35. 36. dicens

Ferchius:

„ Ego nomine creationis scripturalis nihil aliud intelligo de
 „ Filio , nisi productionem ex aliquo principio præsupposito
 „ & interno in re producta . Et applicando ad Filium Dei,
 „ dico Filium esse productum ex substantia Dei Patris , præ-
 „ existente in Patre , & inexistente in Filio producto . Et hoc
 „ productum esse , intelligo *creatum esse* , denominatiue à tali crea-
 „ tione descripta .

Et adhuc infra in eadem epistola Baldina pag. 45. 46. repetens

Ferchius:

„ Ergo ex hisce meis dictis , abs te relatis , Balde , probatum
 „ est , quod in Deo ad intra aliquid est creatum , non de ni-
 „ hilo , quia quod est in Deo ad intra , necesse est esse ; & non
 „ potest , aut a parte ante , aut à parte post , esse nihil . Quod
 „ igitur est creatum ad intra , est creatura ex aliquo , non ex
 „ nihilo . Similiter ad extra ; primò in corpore simplici ,
 „ veluti

„ veluti terra posita est creata ex aliquo, id est ex materia. ?
 „ Secundo, in corpore mixto naturali, ut homines creati
 „ sunt de terra, quæ est aliquid. Tertio, in mixto artefacto;
 „ Nam Tabernaculum legale manufactum est, & creatum ex
 „ oblationibus, Exod. 35. oblationes autem non sunt nihil,
 „ sed aliquid.

Licetus:

In quibus Ferchij dictis, ut plurimæ continentur Ariano-
 rum hæreses; ita singillatim eas antea deteximus, & ex do-
 ctina S. S. Patrum euertimus. At vero nunc præstat diligen-
 tius excutere illam præexistentem substantiam Dei Patris, ex
 qua deinde blasphemant Arianorum multi Dei Filium esse
 creatum. Porro Ferchius ipse cum Arianis præexistentem es-
 se ponit, non solum personam Patris incommunicabilem, tan-
 quam principium *Quod* producit Filium; sed etiam substan-
 tiam, & essentiam Patris, communicabilem Filio, tanquam
 principium, ex quo præexistente creetur postea Filius. Quam
 utramque præexistentiam desumpsit ipse Ferchius ab Arianis,
 passim S. S. Patrum doctrina confutatis. Ac in primis D. Atha-
 nasius to 1. pag. 883. 884. in epistola de Synodis Arimini & Seleucia,
 (ex editione Græcolat. Parisiorum, quam semper citauero) refert Arium cum sectarijs suis ita blasphemantem:

Arij blasphemia:

[Alienus, externusque est, quantum ad substantiam attinet,
 Pater à Filio; quoniam principio caret. Intelligit igitur uni-
 tatem fuisse; dualitatem vero non fuisse prius quam existeret;
 Filio enim nondum existente, statim relinquitur, Patrem tan-
 tummodo Deum fuisse; & proinde Filium tum non existisse.]

Licetus:

Non aliter asserens Ferchius, Filium esse creatum ex præ-

E c

existen-

existente substantia Dei Patris, in illa sua præexistencia ponit
 alienum & externum, quantum ad substantiam Patrem præ-
 existentem, à Filio nondum existente, nondum creato. Non
 enim existente Filio non est substantia Patris in Filio. Dein-
 de Ferchius cum Ario ponit, Patrem quidem carere princi-
 pio existendi, sed non item Filium; qui enim creatus dicitur
 ex præexistente substantia Dei Patris, dum coexistere ne-
 395 quit cum Patre in sua præexistencia, Filius Ferchio princi-
 pium habet existendi solum in termino, sineque præexistencie
 paternæ substantiæ, ex qua præexistente Filium esse creatum
 cum Ario fatetur. Deinceps, intelligit Ferchius cum Aria-
 nis, in illa præexistente substantia Dei Patris, unitatem fuisse,
 nempe solum Deum Patrem: dualitatem vero non fuisse,
 scilicet duas personas non extitisse, nondum creato Filio;
 adeoque in illa sua præexistencia paternæ substantiæ vnã
 tantummodo personam Patris extitisse solitariam: duas vero
 396 personas Patris & Filij simul non coextitisse, priusquam Fi-
 lius creatus existeret. Filio enim nondum existente (dicebat
 Arius, in illa præexistencia substantiæ Patris) statim relinquitur
 (Ario pariter, atque Ferchio) Patrem tantummodo Deum
 fuisse; & proinde Filium posterius creandum, tum non extitisse.
 Sed & mox in eodem libro referens D. Athanasius epistolam,
 quam Alexandriæ Presbyteri & Diaconi Ariani miserunt ad
 Alexandrum Episcopum, restatur eos ita locutos, pag. 885, C. D.

S. Athanasius:

[Ariani Alexandrini dicunt: Deus, qui est autor omnium,
 solissimus, principio caret. Filius vero sine tempore à Patre geni-
 tus, & ante secula conditus ac fundatus, non erat priusquam gigne-
 retur; sed intemporaliter ante omnia genitus, solus vnusque per Pa-
 trem extitit: Non enim aternus est, aut coæternus, aut coingeni-
 tus cum Patre: neque simul cum Patre essentiam nactus est, vt
 quidam dicunt, relata duò principia introducentes ingenita. Sed
 vt Deus vnitas, principiumque omnium, ita ante omnia existit; &
 proinde Filio suo prior est. Ista sunt ex aliqua parte, quæ Ariani

ex hæretico suo corde euomuerunt.

Licetus:

Ex quibus haustum est dogma Ferchij, dicentis *Filium Dei esse creatum ex præexistente substantia Dei Patris*. Nam si Filius præexistentem habuit substantiam Dei Patris, ex qua creatus est; iam Pater in illa præexistentia fuit solissimus, absque Filio; priorque Filio: Filiusque non fuit simpliciter æternus, neque coæternus Patri suo: neque coincreatus cum Patre suo: neque simul cum Patre substantiam essentiamque nactus est. In quibus omnibus hoc suo dogmate communicat aperte Ferchius cum illis Ariænis Alexandriæ. Deinde, disputans in Concilio Nicæno cum ipsomet Ario, to. 1. pag. 117. scribit

S. Athanasius:

[Ego credo in vnum Deum, Patrem omnipotentem, Deum semper Patrem: & in Deum Verbum, Vnigenitum Filium Dei, cumque vna cum Patre suo coexistere. (& mox) Credoque in Spiritum Sanctum: eum esse Patris substantiæ, & coæternum cum Patre, & Filio.]

Licetus:

Si Filius cum patre suo coexistit Athanasio; quomodo Ferchius ait, *Filium creatum ex præexistente substantia Dei Patris*? Nonne hoc est cum Ario communicare contra S. Athanasium? Statim enim e contra respondit Athanasio ibidem

Arius:

[Credo & lego in vnu Deu æternum, & Filium eius, quem ante secula creauit, vt Deus; Filiumque sibi fecit; & quæcunq; habet Filius, ea quæ non haberet, accepit à Patre Deo; atque adeo illum Patri non æqualem esse, neque eiusdem digni-

eat; sed ut creaturam relinqui, & deficere à gloria Dei; credoque in Spiritum Sanctum, & Filio genitum.]

Licet:

Ex his itidem Athanasio contradicens, & consentiens cum Ario Ferchius, hausit suum dogma, quo statuit Filium esse creatum ex præexistente substantia Dei Patris, & ab eo deficere, non illi æqualem esse in dignitate aternitatis. Sed cum Ario disputationem prosequens addit pag. 129. D.

S. Athanasius:

[Ergo vnus est Filius Dei, qui ante omnia secula cum Patre coexistit.]

Licet:

Ferchius negat coexistentiam Filij cum Deo Patre, dum 399 afferit Filium esse creatum ex præexistente substantia Dei Patris. Additque de Filio Dei

S. Athanasius:

[Idemque quum Deus inuisibilis esset, homo visibilis factus est. Arius: Vnicum esse Filium Dei est in confesso; non tamen ille coexistit cum Patre in infinitum.]

Licet:

Ita Ferchius, Ario consentiens, Patrem præexistentem ponit, nec in infinitum coexistentem cum Filio, dum ait Filium esse creatum ex præexistente substantia Dei patris. Nam illa præexistentia substantiæ paternæ antecessit in infinitum originem Filij, posterius creati, quum Patris existentia caruerit initio. Nos autem, relictis Ario, & Ferchio, recipimus ab Athanasio Filium cum Patre coexistere in infinitum. Addit

S. At.

S. Athanasius:

[Sapiencia & virtus non ne coexistit cum Patre, & Sancto Spiritu? Arius: Coexistit. Athanasius: Vnus igitur inuisibilis ille Filius Dei; ille, inquam, qui & vnus, incorporeus quidem &c.] & pag. 127. addit Arius: [Et ego confiteor tibi, verum Deum esse Filium Dei.]

Licetus:

Coactus id asserit Arius, quod antea negabat, eludere non valens argumentum Athanasii. Sed addit ibidem.

Arius:

[E Verum dicere non possum, simul Deum, simul Filium esse. Athanasius: Quid tibi vis hoc genere loquendi, simul Deum, simul Filium? Nam hoc intelligis, quod qui Filius est, simul quoque est & Filius Dei? Ita est: Nam Deus Verbum Deus est; quum sit Patris Filius. Arius: Non ita loquor; sed quod dicere nequeas, simul Deus Pater, simul Filius cum Patre.]

Licetus:

Ita plane Ferchius, asserens Filium esse creatum ex præexistente substantia Dei Patris, cum Ario statuit, Filium non esse simul cum Deo Patre in illa sua præexistente substantia Dei Patris. Verum hæc illico redarguit, addens.

S. Athanasius:

[Quare ita loqui non possum? Arius. Quia Deus Pater in- genitus est, Filius autem genitus.]

Licetus:

Licetus:

Ita Ferchius ponens cum Ario, esse synonyma; genitum; & creatum: ingenitum; & increatum; omne genitum vult esse à præexistente genitore; neque Filium cum Patre simul esse valere, quod tamen falsum est, vel Aristoteli cap. de Oppositis; cui talia relativa simul natura sunt formaliter, nec vnum sine alio potest intelligi. Sed mox disputationem prosequens addit

Arius:

403. [Recte se habet hæc vox Ingeniti. Eritque igitur Pater Ingenitus, Filius autem Genitus. *Athanasius*: Quid igitur ex istis vis concludere? *Arius*: Filius genitus est, an non? *Athanasius*: Genitus. *Arius*: Videtur eum, antequam gigneretur, non fuisse. Sin autem fuit; erit secundum tua verba Ingenitus. Quod si ita est, non fuerit genitus Filius. *Athanasius*: Deus simul ne Pater est, an non? *Arius*: Potentia quidem semper, sed actu non semper.]

Licetus:

Ita sane Ferchio Deus in illa sua præexistentiâ, Pater non est actu, qui Filium nondum genuit, nondum habet actu, sed potentia tantum. Evadit actu Pater in termino suæ præexistentiæ, dum Filium actu producit. Quam sententiam impiam esse mox ostendit Athanasius. Addit autem disputans

Arius:

404. [Ante secula dico eum voluntate habuisse Filium; sed tamen exiguum intervallum statuo inter Patrem, & Filii generationem, ut genitus habeatur.]

Licetus:

Licetus:

Ira Ferchius ponit præexistisse Patrem ante creationem Filii; licet non expresserit an intervallum illud inter præexistentiam Patris, & generationem Filii fuerit momentaneum, an longioris durationis. Deinde to. 1. pag. 294. 295. ait orat. 1.

S. Athanasius:

[Beatissimus igitur Episcopus Alexander Arium hæc sentientem, & pariter verbis profitentem, ab Ecclesia reiecit: 405 Non semper Deus erat Pater, non semper Filius. Nam quum omnia sint ex nihilo; etiam Dei Filius ex nihilo emerfit; & quum omnia sint condita, ipse quoque conditum quiddam ac opus haberi debet; & quum omnia prius non essent, sed postea extiterint; fuit profecto quum Verbum Dei non erat. Et quia non erat antequam fieret, principium existendi habuit; tum enim extitit, quum Deus eum conditum voluit. Nam inter omnia opera eius ipse quoque connumerandus est.]

Licetus:

Hæc omnia cum Ario, præter productionem Filii de nihilo, dicit Ferchius: tum numerans Filium inter res creatas; tum asserens ipsum esse creatum ex præexistente substantia Dei Patris. Nam in illa præexistentia, Pater actu non erat, nondum existente Filio: Filiusque non existebat cum præexistente substantia Dei Patris, ex qua creari debuit; sed habuit principium existendi in termino præexistentiæ paternæ substantiæ. Mutabilisque ponitur à Ferchio tum Filius de non existente in existentem; tum etiam Pater de potentia Patre in actu Patrem. Quæ singula fuerunt Arij dogmata blasphemata. Mox addit de Ariano

S. Athanasius:

406 [Etiam id quoque addunt : Filium non natura in Patre
existere : nec proprium esse eius substantiæ Verbum.]

Licetus:

Ita Ferchius, inquiens Filium esse creatum ex præexistente
substantia Dei Patris, in illa sua præexistentia necessario
cum Arianis negat Filium in Patre existere : substantiamque
Dei ponit absque proprio Verbo suo. Præterea mox addit
de Ario

S. Athanasius:

407 [Rursus idem Arius ait : Erat enim solus Deus ; non erat
Verbum cum eo.]

Licetus:

Ita Ferchius asserens Filium esse creatum ex præexistente
substantia Dei Patris, non ne ponit aperte cum Ario, in illa
sua præexistentia Deum solum existisse, & non existisse Ver-
bum cum eo. Sed audiamus quid aduersum hæc Arii dicta,
nunc à Ferchio recepta, scribit mox

S. Athanasius:

408 [Hæc, & huiusmodi quum diceret Arius, hæreticus decla-
ratus est. Ego certo vel solum inter scribendum, quum & eius
impietatum recordarer, verumque de religione sensum reti-
nerem, non potui hominem non execrari. Nam & in Nicæno
conuentu omnes, quotquot vndique conuenerant illic Episco-
pi, aures suas ad illa verba obturauerunt, omnesque commu-
ni suffragio istam hæresim damnauerunt, & anathemate de-
testati sunt, dicentes alienam esse diuersamque ab Ecclesiasti-
ca Fide.]

Licetus:

Licetus.

Tantum Patrum iudicium sectati, non solum Theologi Salamanticenses primum, deinde Parisienses improbauerunt Ferchianismum de creatione Filii Dei ex præexistente substantia Dei Patris; sed etiam, quod caput est, sacra Congregatio Inquisitionis Sancti Officii Romæ talem Arianismum Ferchii damnauerunt, nedum tanquam erroneum in Fide, sed vt hereticum, decreto scriptis exarato, traditoque in manus Reuerendissimi Magistri Sacri Palatii Patris Candidi, qui typis ipsum curaret imprimendum, ad omnes Christiani orbis Ecclesias transmittendum pro salute Fidelium. Pariter in oratione secunda contra Arianos, Ferchianam istam præexistentiam Dei Patris, nondum actu Patris, ante Filii sui productionem, execratur to. 1. pag. 310. D. scribens

S. Athanasius.

[Scommata vero Arij fugienda, vt plena impietatis, quæ in eo libro continentur sunt ista, *Non semper Deus erat Pater, sed fuit quando Deus solum erat, & Pater nondum erat: posterius autem factus fuit Pater. Nec semper fuit Filius.*] 409

Licetus.

Sic omnino Ferchius, dicens expresse, Filium esse creatum ex præexistente substantia Dei Patris, in illa præexistencia negat Filium actu extitisse. Sic etiam negat Deum præextitisse Patrem actu. Nam sine Filio, & ante generationem Filii Pater actu non est. An Adam in Paradiso Pater fuit antequam Euam cognosceret, & ex ea Filium sibi generaret? Minime. Ceterum & in Oratione tertia præexistentiam istam substantiæ Dei Patris, ex qua postea creatum fuisse Filium, dicebant Ariani, ante Ferchium, ita refert, ac reprehendit to. 1. pag. 373. A.

S. Athanasius:

410. Nam si velle attribuunt Deo circa non entia: cur id, quod supra voluntatem in Deo est, atque anterius, non agnoscat? nimirum ex natura Patrem esse sui Verbi; prius quidem esse, & sublimius voluntate. Si igitur quod prius est secundum naturam non extiterit pro illorum stoliditate; quomodo id quod posterius est, & ex voluntate originem trahit, existere posset? Prius siquidem est Verbum, deinde creatura; etiamsi omnia impii moliantur; per illud enim creatura facta est. Clarum igitur, manifestumque fuerit, Deum, quum sit conditor, architectorque rerum, habere quoque architectoriam Rationem, siue Verbum. &c.]

Licetus:

411. His plane contradicit Ferchius, dū ponit Filiū esse creatū ex præexistente substantia Dei Patris. Nam in illa præexistente Verbum non existit; adeoque causa existendi creaturis esse non potest. Insuper, si Athanasio Prius est Verbum, deinde creatura, etiamsi impii omnia moliantur; quomodo Ferchius ponit cum impiis Verbum esse creaturā? Mox addit pag. 390. C.

S. Athanasius:

412. [Illud autem, usque modo, significat eum æternaliter in Patre existere.]

Licetus:

413. Id absolute negat Ferchius, dum Filiū ponit esse creatum ex præexistente substantia Dei Patris: quia non potest in illa præexistente Dei Patris, quæ æternalis est, ponere Filium existere, posterius creandum, opinione sua. Vterius autem in oratione quinta, contra quosdam alios Arianos, qui conui-
- cti de-

Et de creatione Filij Dei tam ex nihilo, quam ex aliena substantia, concedentes multi Filium esse consubstantialem Patri suo; denique dicebant Filium esse creatum ex præexistente substantia in monade, hoc est in solo Patre, deinde dilatata in dualitatem, atque in Trinitatem; quorum opinionem refert, & arguit to. 1. pag. 528. C. & seqq. inquit

S. Athanasius:

[Hoc genus opinionis fortasse à Stoicis accepit, affirmantibus Deum contrahi, & rursus expandi cum rerum Uniuersitate, & infinities desinere. Quod enim dilatatur, ex arctitudine dilatationem accipit; & quod extenditur, ex antea contracto in latitudinem explicatur; id sibi ipsi idem est, nihilque seipso maius, nisi quatenus extensionem sustinuit. Si igitur Unitas dilatando facta est Trinitas: Unitasque Pater est: Trinitas autem Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Si quidem principio dilatata Unitas, ubi passionem huiusmodi sustinisset, facta est hoc ipsum quod non erat; dilatata enim est; quum hoc non esset: deinde quæ Unitas fuit, extensa est in Trinitatem: Trinitasque est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus; Idem ergo ipse Pater secundum substantiam factus est Filius, & Spiritus Sanctus. Nisi Unitas apud Deum aliud sit, præter Patrem; neque vocabulo dilatationis sit ulterius utendum, scilicet quia sola Unitas trium personarum sit effectrix; & primo loco suscipienda Unitas, deinde Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Si enim illa Unitas dilatata esset, extendissetque seipsam; ipsa nimirum hoc ipsum fuerit, quod extensum est; & iam ubi istiusmodi expansu, dilatationeque in Trinitatem se extendisset, non ulterius remansit Unitas. Unitasque vicissim ante sui explicationem nondum erat Trinitas: Et Pater quum esset, nondum erat Filius.]

Licet us:

Ferchius autem ponens Filium esse creatum ex præexistente

F f

a

sub.

ſubſtantia Dei Patris, etiamſi non ponat expreſſe ſubſtantiam diuinam ex contracta in Vnitæte, fuiſſe dilatatam in Trinitatem, ſed communicatam à præexiſtente Patre Filio ſuo, dura eum poſtea producit; Nihilominus cum his Arianis, ab Athanaſio damnatis, in eo conuenit, quod Filium creatum eſſe dicit ex præexiſtente ſubſtantia Dei Patris. Quam opinionem Ferchij mox cum affine Ariana proſcindit addens

S. Athanaſius:

414. [Si quidem non poſtea tandem Verbum, ſiue (quod idem eſt) Ratio & Spiritus Sanctus extitere; utpote qui ſemper ab æterno fuerint; ne concedendum ſit, Deum aliquando Rationis expertem fuiſſe; ut Arianorum opinio eſt.]

Licetus:

714. Quod argumentum contra præexiſtentiam Dei Patris ante creationem Filij ex illa, pariter ab Arianis, & à Ferchio poſitum, ſæpe proponit, ut efficaciffimum Athanaſius, ſed euidentiffimè contra hoc eſſatum Ferchij; to. 1. orat. 2. pag. 320. D. ſcribit

S. Athanaſius:

415. [Non enim ex aliquo principio præexiſtente Pater, & Filius procreati ſunt.]

Licetus:

Quomodo ergo Ferchius audeat dicere Filium eſſe creatum ex aliquo principio præexiſtente? n. defenſ. n. 28. & ſpeciãtim ex præexiſtente ſubſtantia Dei Patris? epift. Bald. pag. 35. 36. ſed etiam addit contra Ferchium or. 2. pag. 323. &

S. Atha-

S. Athanasius:

[Si enim Patri non eterna est sua Sapientia, siue Verbum; 446
 sequitur vt Trinitas aeterna non fuerit; sed principio non nisi
 Unitas fuit, secundum esse; postea vero ex additamento,
 superuentuque nouarum personarum Trinitas effecta est; ac
 temporis circa illas progressus increuit, & coaluit Diuinæ
 Rationis cognitio.]

Licetus:

Hæc omnia dicit cum Arianis Ferchius, asserens Filium
 Dei creatum esse ex præexistente substantia Dei Patris, vt
 cuique patet, Athanasio contradicente. Sed addit mox. pag.
 324. A. absurdum

S. Athanasius:

[Sequitur vt fas videatur esse, id quod creatum est, cum 417
 Creatore connumerari; & quod aliquando non erat, cum eo
 qui semper fuit, in diuinitatis ratione admitti, & conglorifi-
 cari; & , quod grauius est, inæqualis sibi ipsi Trinitas inue-
 niatur, &c.]

Licetus:

Hæc omnia Ferchius admittit, dum Filium ait esse crea-
 tum ex præexistente substantia Dei Patris. Nam quod crea-
 tum est, Filium scilicet cum creatore Patre connumerat in
 Trinitate: & quod non erat in illa præexistente substantia
 Dei Patris cum Patre, qui semper fuit, in diuinitatis ratio-
 ne admittit. Et inæqualem Trinitatem facit, in ea ponens Pa-
 trem increatum, & præexistentem: Filium vero posterius exi-
 stentem, atque creatum, sicut omnis alia creatura. Sed ad-
 dit mox eadem pag. 324. B. C.

S. Athanasius:

418 [Ceterum id nequaquam ita se habet: absit. Non enim creatitia res est Trinitas.]

Licetus:

At contradicit Ferchius, ponens Trinitatem esse rem creatitiam; in qua solum Patrem constituit increatum; Filium autem, & Spiritum Sanctum ait esse creatos, & creaturas nihilominus, quam sit Adam, Eua, terra, & id generis omnia. Subdit or. 2. pag. 325. A.

S. Athanasius:

419 [Ea enim peculiariter sunt Eθνicorum, ut creatam introducant Trinitatem, eamque rebus creatis adæquent. Rerum enim creatarum est, defectus & augmentum accipere. Christianorum contra Fides, immutabilitatem perfectam, & semper unius conditionis, beatam illam Trinitatem agnoscit; neque unquam plus Trinitati apponit; neque illam vlla ex parte diminutam fuisse arbitratur. Vtrumque enim horum impium censendum est. Ideoque eam rebus creatis misceri non posse, certum habetur.]

Licetus:

Sane Trinitatē rebus creatis miscet Ferchius dum duas Trinitatis personas, Filium, & Spiritum Sanctum creaturas esse dicit, Observationum suarum pag. 9. dum etiam 2. defen. n. 97. & epist. Bald. pag. 77. Filium ait primogenitum omnis creaturæ nuncupari, ut & ipse creatura esse intelligatur. & 2. defen. n. 98. si loquamur de rebus creatis, prima rerum creatarum est Sapientia Dei primogenita. Vnde creatam Trinitatem introducit, & adæquat rebus creatis; & contra Fidem Christianam,

lianam; defectum, & augmentum ponit accipi à Trinitate Ferchius; defectum quidem, dum asserens Filium esse creatum ex præexistente substantia Dei Patris, in illa sua præexistentiâ solum Patrem ponit, cui deficit deestque Filius, & Spiritus Sanctus: augmentum vero, quia in termino illius præexistentiæ vult accedere Patri Filium, qui ex eo creetur: postea Spiritum Sanctum, qui tandem ab utrisque creetur, Trinitatem complens. Addit orat. 2. pag. 327. hunc Ferchianismum euertens.

S. Athanasius:

[Patre existente, existebat semper in eo Veritas, quæ Filius est, qui dicit: *Ego sum Veritas*. Et substantia Patris existente, omnino statim oportet characterem, & imaginem sui ipsius existere.]

Licetus:

Non ergo recte dicit Ferchius præexistisse Dei Patris substantiam, ex qua præexistente Filius creatus fuerit. Addit pag. 330. A.

S. Athanasius:

[Arianos male negare Deum existentiam rerumque conditorem esse.]

Licetus:

Si Deus est conditor existentie, habet ne Filius existentiam? Si habet: condit ne Filius existentiam suam? Si non condit, iam aut Deus non condit existentiam absolute, aut Filius Deus non est; aut Filius condit sibi suam existentiam; quorum singulum est absurdum in Fide. Non ergo Filius est creatus ex præexistente substantia Dei Patris. Addit pag. 333. D.

S. Atha.

S. Athanasius:

422 [Vecordes Ariani, quid simile iacer Filium, & rem: condi-
tam, vt quæ sunt in Patre, ea ad res conditas transferant?]

Licetus:

423 Quomodo uecordiam istam poterit euitare Ferchius, qui
nedum similem rebus creatis dicit esse Filium, qui semper est
in sinu Patris, qui semper est in Patre; sed etiam congenerem,
& in ratione creaturæ sub eadem omnino definitione collocat
r. defen. n. 23. & epist. Bald. pag. 35. 36. 46. Denique vero,
si Filius ex præexistente substantia Dei Patris creatus est, &
omnino creatus est à Patre præexistente; necessario fuerit ista
præexistencia vel temporis vel naturæ, vel cognitionis, vel
ordinis inter personas diuinas in Trinitate. Sed Pater nulla
potest harum rationum præexistere ante Filium. Non qui-
dem tempore, quia Filius coæternus est Patri suo: Et hæc
est Arianorum hæresis, passim à Patribus damnata, vt visum
est antea. Non natura; quia vel Aristotele doctore, in cap. de
Relatiuis, Pater, & Filius, vt alia relatiua essentialia, simul
natura sunt; nec esse potest, aut dici Pater qui Filium non
habeat. Nec etiam Pater ante Filium cognosci potest, in ra-
tione Patris, & Filij, quia mutuo se se commanifestant vt
ait cap. de Ad aliquid

Aristoteles:

424 [Ex his autem manifestum est, quod si quis aliquid eorum
quæ sunt ad aliquid, definite sciat: & illud, ad quod dicitur,
definite sciturus est. Manifestum igitur & ex ipsis est. Si enim
nouit aliquis hoc, quod est ad aliquid (est autem esse ijs, quæ
ad aliquid sunt, idem & ad aliquod aliquo modo se habere)
& illud nouit, ad quod aliquo modo se habet; neque si ad
aliquid

aliquid hoc aliquo modo se habeat, noscet. &c.]

Licetus:

Quomodo Filius creatus dici potest ex substantia Dei Patris præexistente secundum cognitionem, si Pater sine Filio cognosci non potest? Immo vero non audit Ferchius Dominum, qui dicit in Evangelio Patrem cognosci per Filium? 425
Dicit enim discipulis rogantibus ut ostenderet sibi Patrem

Ioan. 14.

[Tanto tempore vobiscum sum, & adhuc non cognovistis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum: Quomodo ergo dicitis: Ostende nobis Patrem, & sufficit nobis?]

Licetus:

Non est ergo Pater prior Filio secundum cognitionem. An erit Pater in Trinitate Filio prior secundum ordinem creationis & præexistentiæ? dicereturque Filius creatus à Patre præexistente secundum ordinem creationis, ut ait Ferchius post Arium? Nihil minus. Nam ista positio ordinis creationis, & præexistentiæ inter personas Trinitatis, fuit Arianorum hæresis; quos coarguit asserens in Symbolo

S. Athanasius:

[In Trinitate nihil est prius, aut posterius.]

426

Licetus:

Non ergo Filius creatus dicendus est ex præexistente substantia Dei Patris, ut ait Ferchius. Sed etiam contra ipsum scribit lib. 5. de Fide cap. 4.

S. Ambrosius:

427. [Quid, quod etiam more iudaico, falsi & impudentes Interpretres verborum se se diuinorum, dicentes, vsque adeo aliam Patris, aliam Filij, aliam Spiritus Sancti esse potestatem, vt scriptum sic Matth. 28. *Ite, docete omnes gentes: baptizantes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*: & ex verborum ordine differentiam faciunt diuine potestatis? Ego autem licet hoc ipsum testimonium in superioribus libris pronitate asseruerim Maiestatis, ac nominis; tamen, si hinc faciunt questionem, possunt testimonijs asserere Scripturarum. In plerisque locis prius Filium nominatum, postea Patrem dictum, Isai. 17. Nunquid igitur, quia Filij significatio ante premissa est, verborum, vt Ariani volunt, preiudicio Pater secundus a Filio est? Absit, inquam, absit. Nescit hunc ordinem Fides: nescit discretum Patris, & Filij honorem.
- 428 Non legi, non audiui, nec aliquem in Deo inuenio gradum: nusquam secundum, nusquam tertium Deum legi. Primum legi, Isai. 44. Primum, ac solum audiui. Si ordinis exigunt superpositionem; nec Matth. 22. ad dexteram Patris sedere Filius debet; nec primum se, & principium debet dicere. Male ergo Euangelista Ioan. 1. quia prius a Verbo, quam a Deo coepit, dicens: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum*; etenim iuxta humani ritus ordinem, prius Patrem debuit nominare.]

Licetus:

- Si Fides catholica nescit Ambrosio hunc ordinem prioris & posterioris in personis diuinis; quomodo Ferchius ait Filium esse creatum ex preexistente substantia Dei Patris? Si Fides nescit discretum in Trinitate Patris, & Filij honorem; quam preexistencia sit honor, & dignitas, cur audet asserere Ferchius, Filium esse creatum ex preexistente substantia Dei Patris? Immo quum actus creandi sit ratio & actus Diuine potesta-

potestatis; quomodo differentiam diuinæ potestatis in Patre, ac in Filio ponere non veretur Ferchius, asserens Filium esse creatum ex præexistente substantia Dei Patris? Patrem enim ponit Filij creatorem, & creatorem omnipotentem omnium creaturarum; quam omnipotentiam creatricem admit Filio; qui creare semetipsum nequit; quem tamen Ferchius creaturam esse, creatumque à præexistente Patre, cum Arianis confitetur, ponentibus diuinam substantiam præextitisse in Monade, nimirum in solo Patre; deinceps tertio, per creationem Filij extitisse in Dualitate; deinceps tertio, per creationem Spiritus Sancti extitisse in Trinitate. Quos non solum hic Ambrosius, sed etiam in oratione quinta coarguit Athanasius, ut antea vidimus. Quin & ea ratione diuersæ potestatis in creando tres diuinas personas efficit Ferchius; quod ut Patrem potentio- rem Filio ponit, ita Filium potentio- rem Spiritu Sancto. Nam Patrem ait esse creatorem omnipotentem absolute, qui cunctas creaturas condit tam ad intra, quam ad extra; Filium vero solum vnã creaturam ad intra condere, nempe Spiritum Sanctum, & omnes ad extra, non autem semetipsum; Spiritum Sanctum creare quidem omnes creaturas ad extra, sed nullam ad intra; scilicet, neque semetipsum, neque Filium; proindeque Spiritum Sanctum esse minoris potestatis, quam sit Filius, & Filium minoris, quam sit Pater in ratione creatoris. Quæ singula sunt blasphema, & impia dogmata. Non ergo recipiendum est Ferchij placitum, dicentis Filium ad intra esse proprie creatum ex præexistente substantia Dei Patris, ut ad extra proprie creatus est Adam ex præexistente luto, & qualibet alia creatura sensibilis ex præexistente suo principio materiali.

Definitionem Creationis à Ferchio positam, vniucè communem Filio Dei ad intra, & creaturis ad extra, pernegant Sancti Patres, Athanasius, & Augustinus.

Cap. XXXI.

Ceterum, quam commentus est Ferchius, rei create generatim sumptæ definitionem, uniuocæ communem Filio Dei ad intra, & omnibus creaturis ad extra, negant omnino Sancti Patres. Nos autem in ista definitione duo considerabimus: Vnitatem, siue communitatem, & Vniuocationem. Quod utramque i. defens. n. 28. ponit euidentur ita

Ferchius:

1. Creatio theologice est productio entis ex aliquo principio præsupposito, & interno ipsi producto. Et genus creationis est productio. Extenditurque Creatio & ad intra in Deo, & ad extra in creaturis &c. Quæ creata dicuntur, quia producta sunt de principio præexistente, & inexistente.

Licetus:

Quantum ad unitatem creationis generatim sumptæ, quæ una communis complectatur Filij Dei productionem, & omnium rerum extra Deum creationem; eam aperte Ferchius haufit ab Ario; cum quo disseruit ita to. 1. pag. 131. B.

S. Athanasius:

43^o [Videntur ne tibi omnia eadem definitione creationis unigenita esse, an non? *Arius.* Videntur. *Athanasius:* Igitur, si ut ceteræ creaturæ conditus est Filius; quomodo haberi poterit Filius Dei?]

Licetus:

Itaque cum Ario communicat Ferchius, dum vnã communem

nomi definitionem creationis potest esse Filio, & creaturis omnibus alijs absolute; atque ab Athanasio reprehenditur, defendente, Filium Dei conditum, sine creatum esse non posse. Ceterum, quod attinet ad Vniuocationem, eam definit lib. Prædicamentorum cap. 1. cui subscribat omnes, ita

Aristoteles:

[Vniuoca dicuntur, quorum & nomen commune est, & 431
secundum nomen eadem substantiæ ratio: ut animal, & homo, atque bos; communi enim nomine horum utrumque animal nuncupatur; & est ratio substantiæ eadem. Si quis enim assignet utriusque rationem, quid utrumque est, qua animal est, eandem assignabit rationem.]

Licetus:

Ita Ferchius nomen creati, & creaturæ commune dicit esse Filio Dei, & Adamo, Eux, ceterisque creaturis omnibus; defen. n. 97. 98. & epist. Bald. pag. 35. 36. 46. Et secundum nomen hoc, definitionem creati, & creaturæ, quam dicit esse, *ens productum ex aliquo principio præsupposito, præexistente, & inexistente in re producta communem & eandem esse* fatetur tum Filio Dei, quem creatum esse dicit ex præexistente substantia in Deo Patre, & inexistente in ipso Filio producto: tum Adamo, quem esse creatum ait ex præexistente luto, & inexistente in Adamo creato: tum Orbi terrarum, quem ait esse productum ex materia informi, & inuisa præexistente, & inexistente in Orbe creato: tum etiam Tabernaculo Hebræorum legali, quod ait esse creatum ex oblationibus Hebræorum præexistentibus, & inexistens in Tabernaculo, ex eis confecto. Verum enim vero contra hanc vniuocam rationem creaturæ, communem Filio Dei, & creaturis omnibus, ut aperte militat S. Athanasius loco præcitato, & alijs plurimis ante allatis; ita ratio ducta ex rei natura, & S. Augustini autoritas commilitat. Ratio quidem ex rei natura ducta; 432
quia

quia boui, & homini, quatenus uterque animal est, vniuo-
 ce conuenit esse sensituum; adeoque passiuum à sensibilibus;
 Animal enim constituitur in esse per sensum primo, & defi-
 nitur esse substantia animata sensitua, & esse passua à sensi-
 bilibus, passim apud Aristotelem in lib. de Anima. Quam-
 obrem. Vn uocorum ita est eadem ratio, ut singula definitio-
 nis attributa conueniant æqualiter singulis vniuoci speciebus.
 Quum ergo creatura quælibet ad extra producat ex aliquo
 præexistente, & inexistente, tanquam ex principio suo mate-
 riali, ut ait vel ipse Ferchius aperte sæpenumero; Filium ve-
 ro productum esse ex præexistente, & inexistente substantia
 Dei Patris, tanquam ex principio materiali, dicere prorsus
 impium sit; iam nefas est Ferchio, lib. de Prod. Fil. ad Bald.
 pag. 35. 36. 46. & lib. 1. defens. n. 28. scribere Filium Dei ad
 intra creatum esse ex præexistente, ac inexistente substantia
 Dei Patris, ut Adam ex luto, Eua de costa, terrarum orbis
 433 ex materia informe, Tabernaculum ex oblati, &c. Verum
 enim vero, quam commentus est Ferchius creaturæ definitio-
 nem communem, sub qua Filium Dei connumeraret cum crea-
 turis omnibus; aliam longe diuersam proponens creaturæ ge-
 neratim sumptæ definitionem, non magis contra Felicianum
 hereticum Arianum, quam contra Ferchium, arguit to. 6.
 pag. 252. K. scribens ita cap. 7.

S. Augustinus:

[Creatura namque est ex eo, quod adhuc non est, vel ali-
 quando non fuit, rei cuiuslibet corruptibilis, quantum in se
 est, Patris Omnipotentis Dei voluntate facta substantia. Hæc
 definitio utrum in Filium Dei cadat videamus. Nam Filius
 in eo quod est, indifferentis naturæ veritate prolatus est; quia
 ex eo quod est, id est ex gignente non dissimilis natus est; &
 ideo inter Filium, & creaturam, primum, ni fallor discretio
 est; quia ille ex Patre substantialiter gignitur; creatura non
 ex substantia facientis, sed ex sola voluntate, ac potestate
 434 perficitur. Ista corruptibilis per naturam, nisi fuerit seruata
 per

per gratiam: Ille incorruptibilis, qui nascendo incorruptibilis
 ex incorruptibili Patre videtur habere substantiam. Filius per
 omnia similis Patri, dissimilis creaturæ. Factor ille, non ex
 eo quod non est, in id quod est; & propterea nunquam in
 quod non est, ex eo quod est: illa, id est creaturæ, facta est
 ex eo quod non est, in id quod est; & propterea, quantum ad
 se attinet, ex eo quod est, in id quod non est, sui ortus con-
 ditione reuertitur, dixi, inquam, de Filio, quum eum à crea-
 turæ definitione discernere[m].

Licetus:

Itaque duas definitiones Creationis generatim acceptæ nunc
 habemus; alteram quidem S. Augustini, qua Filius Dei con-
 tradistinguitur ab omni creaturæ; & alteram à Ferchio, qua
 Filius Dei connumeratur in genere creaturatum. Cui subscri-
 bemus, Ferchio ne, an Dino Augustino? Ego certe, relicto
 Ferchio, sequar Ecclesiæ Doctorem Augustinum; & eo ma-
 gis, quo suam istam definitionem explicans Ferchius, oracula
 sacræ scripturæ profert contra sensum Sanctorum Patrum,
 dum ait Filium Dei sic ad intra creatum esse ex præexisten-
 te substantia Dei Patris, 1. defen. n. 28.

Ferchius:

Sicut ad extra, Sap. 13. Non enim erat impotens manus tua,
 quæ creauit orbem terrarum de materia informi.

Licetus:

Omitto sphalma, forte typographi; sed non possum non
 animaduertere corruptionem dinini textus. Nam id oraculum
 sic aliter legitur Sap. 11. Non enim erat impossibilis omnipotens
 manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia informi. Sed
 & id etiam condonemus Antagonistæ; quid, quæso, nunc in-
 telligit per Orbem terrarum? an Vniuersum Mundum, ex ce-
 lo

lo terraque coagmentatum? Omitto denominationem factam à viliori parte, & à minima, contra decreta Philosophi, tum 1. meteor. su. 1. cap. 4. tum 4. metaph. tex. 23. Contentus ero dictorum, quæ protulit lib. 6. de Beat. Fil. pag. 571. col. 2. B.

S. Athanasius:

439 [Væ vobis, qui mundum ex aliqua subiacente materia factum esse defenditis.]

Licetus:

440 Sed onerosius est, quod comparat æternam generationem Filii Dei cum fabricatione Tabernaculi Hebræorum: & diuinam Scripturam peruertens, & Filii sanctam generationem, ab Angelis adoratam, vilipendens; dum ait primum lib. 1. defens. n. 28.

Ferchius:

„ Quoniam Filius Dei non ex nihilo, sed ex substantia Dei
 „ Patris præsupposita, & inexistente ipsi Filio, productus est,
 „ idcirco & dicitur creatus. Ad extra, Sap. 13. Non enim
 „ erat impotens manus tua, quæ creauit orbem terrarum de mate-
 „ ria informi. Genes. 5. Masculum, & feminam creauit eos:
 „ de luto minutum, & costa. Hebr. 9. Tabernaculum non manu-
 „ factum id est non huius creationis. Quæ creata dicuntur, quia
 „ producta sunt de principio præexistente, & inexistente.

Licetus:

441 Loquitur D. Paulus de mystico Tabernaculo corporis Christi, non manufacto, scilicet non operæ manuum artificis; & ait non esse creationis huius. Et hinc audet colligere Ferchius, diuinam Filii personam (quam nunquam Apostolus vili Tabernaculo comparauit) esse propriè creaturam? Deinde ali-

bi

bi epist. ad Bald. pag. 45. 46. scribit

Ferchius:

» Probatum est, quod in Deo ad intra aliquid est creatum,
 » non de nihilo; quia quod in Deo ad intra est, necesse est esse;
 » & non potest, aut à parte ante, aut à parte post, esse nihil.
 » Quod igitur est creatum ad intra, est creatum ex aliquo,
 » non ex nihilo. Similiter ad extra; primo, in corpore simpli-
 » ci; veluti terra, posita est creata ex aliquo, id est ex materia.
 » Secundo, in corpore mixto naturali, ut homines creati sunt
 » de terra, quæ est aliquid. Tertio in mixto artefacto. Nam
 » Tabernaculum legale manufactum est, & creatum ex obla-
 » tionibus, Exod. 35. oblationes non sunt nihil, sed aliquid.

Licetus:

In primis horrent Sancti Patres, conferri generationem eter- 442
 ni Filii cum creatione bruchi, locustæ, ac crucæ, aliorumque
 brutorum animalium, contra blasphemias istas Arianorum;
 quanto magis execrabuntur Ferchij dicta, conferentis diuinam
 Originem Filii ad intra cum creatione telluris ad extra, quæ
 vilior est quouis animante? Deinde, quid terræ nomine Ferchi-
 us intelligit? certe simplicem terræ substantiam. Sed vnde 443
 nouit eam ex præexistente materia creatam? Habemus in sa-
 cra pagina creatam fuisse, sicut & cælum à Deo in principio
 temporis. Sed ante principium temporis æternitas erat, in
 qua nulla materia præexistisse potuit coæterna Deo. verum
 Deus vnico actu suæ omnipotentiae creauit terræ elementum
 compositum ex materia, & forma sua, neque prius materiam
 creauit, deinde ex illa præexistente terram; quia sic non cre-
 asset terram in principio temporis, sed in alio momento post
 illud principium; ac concreauit simul materiam cum forma
 sua, creando terram in principio. Quod enim legitur in sap. 444
 11. terrarum orbem creatum de materia informi ab omnipo-
 tente manu Dei, non indicatur simplex elementum terræ,

vt opinatur Ferchius; sed terræ globus ornatus plantis, & ple-
 nus animalibus terras incolentibus. Qui terrarum orbis in
 creatione stirpium & animalium, apte dicitur creatus ex ma-
 teria informi, & inuisa; quia creatus est ita cultus ex terra,
 quæ erat prius inanis & vacua, plantis nimirum carens, &
 445 animalibus. Dicitur etiam iste terrarum orbis creatus ab
 omnipotente Deo ex materia inuisa; quoniam ante creatio-
 nem stirpium, & animalium terra videri non poterat; tum
 quia cooperta sub aquarum mole; tum quia nondum creata
 luce, tenebræ erant super faciem abyssi, terram occultantes,
 vt & aquæ ipsam obtegentes. Quam theologiam satis indi-
 446 cavit Interlinearis Glossographus antiquus. Quod etiam con-
 ferre non veretur Ferchius generationem æternam Filii cum
 creatione mixtorum corporum, id passim aduersus Arianis-
 mum disputantes execrantur Sancti Patres. Ceterum, quod
 audeat Ferchius comparare Filii generationem æternam cum
 artificiosa fabrica Tabernaculi legalis ex oblationibus He-
 bræorum, id omnem superat admirationem, id omnem trans-
 cendit cogitationem, dicam ne impietatem? Artificiosa nam-
 que factura illa primum creatio proprie non est; quia quum
 sit opus manuum hominum, non solus Deus proprie Creator
 esset omnium; sed homines fabri singuli, non minus quam
 Deus, essent Creatores rerum artefactarum; quod ab omni
 pietate prorsus abhorret. Deus autem solus dicitur esse Crea-
 tor omnium, quia cunctorum existentiam solus creat, solusque
 cuncta de non esse perducit ad esse; quum nulla causa secunda
 valeat vlli rei dare simpliciter existentiam; vt recte docet D.
 Thomas opuscul. 37. cap. 4. sed infra Deum causæ secundæ
 suis effectibus impertiuntur solum essentiam prædicamentalem;
 vt latius ostendimus de *Septimo Quæstis* cap. 24. D. Thomæ
 doctrinam ibidem secuti. Deinde vero, qui comparat lega-
 le tabernaculum, quod factum sit ex oblationibus Hebræo-
 447 rum, vt habetur Exodi 35. cum æterna generatione Filii de
 substantia Dei Patris, nihilominus Ferchius Diuinam origi-
 nem Filii cum diabolica factura vituli aurei ex oblationibus
 itidem Hebræorum impiissima comparatione conferre quoque
 videtur.

viderut. Nam similiter, ut ex mandato Moſis ex Hebræorum oblationibus ſabrefactum fuit illud legale tabernaculum Exod. 35. ita mandato Sacerdotis Aaronis eius fratris ex eorundem oblationibus arteſoria diabolico ſuaſu ac impulſu factus fuit vitulus aureus Exod. 32. vbi ait

Aaron:

[Dixerunt mihi: Fac nobis Deos, qui præcedant nos. Huic enim Moysi, qui nos eduxit de terra Aegypti, nescimus quid acciderit. Quibus ego dixi: Quis vestrum habet aurum? Tulerunt, & dederunt mihi: & projecit illud in ignem; egressusque est hic vitulus.]

Licetus:

Iuxta propositam Ferchij doctrinam, non minus fuit Aaron creator aurei vituli ut, & Moſes Tabernaculi, quum Deus Pater æterni Filij sui: & Dei Filij generatio congenita fuerit cum productione vituli aurei. Quis ista ferat? An non audit à Psalmista Ferchius, non esse comparanda simulachra gentium cum Deo? Legit quotidie psal. 113. 11. 12. Deus autem noster in celo, Omnia, quæcunque voluit, fecit. Simulachra gentium argentum & aurum: opera manuum hominum. Apage dogma dicentis Filium Dei ad intra creatum esse proprie de præexistente substantia Dei Patris, & inexistente in Filio producto: similiter ac terra ex præexistente materia; inexistente in terra creata: & homines ex præexistente terra, inexistente in eorum corpore producto: & legale Tabernaculum ex Hebræorum oblationibus præexistentibus, & inexistentibus in Tabernaculo manufacto; quia sua ista theologia per eandem rationem docet, determinatque Ferchius Filium creatum esse ad intra ex præexistente substantia Dei Patris, & inexistente in Filio producto: sicut ad extra productus fuit ille diabolicus vitulus aureus ex præexistentibus oblationibus Hebræorum inexistens in aureo vitulo artefacto. Proh theologi

450 summam audaciam. Annon videt hæc ab Apostolo 2. Corin.
6. damnari? *Quæ autem conuentio*, ait, *Christi ad Belial?*
Ferchius ait maximam esse conuentionem & societatem
creationis Filij Dei ad Belial; & lucis æterni Filij
ad principem tenebrarum in origine vituli aurei, & Hebraicæ
cum tabernaculum. Yah! quid luridum sibi passus est e suo
calamo fluere? ceterum & ad tabernaculum etiam quod atti-
451 net, si Petrus in monte reprehensus est ignorantia, quia ta-
bernaculum facere volebat humanitati Christi Domini Trans-
figurata; quanto magis arguendus est Ferchius, qui non fa-
cere tabernaculum, sed conferre voluit Hebræorum taberna-
culum arte factum cum ipsa diuinitate Filij Dei, vel nondum
humanam carnem induti? De reprehensione Petri, clare sic
Euangelista.

Marcus. 9.

452 [Et respondens Petrus, ait Iesu, Rabbi, bonum est nos
hic esse: & faciamus tria tabernacula: tibi vnum, Moysi v-
num: & Elia vnum. Non enim sciebat quid diceret.

Licetus:

Nesciebat quid diceret Petrus, dum petebat à Christo Do-
mino transfigurato, liceret ut sibi tabernaculum vnum facere
Filio Dei, humanam carnem induto: & sciet Ferchius quid
dicat, recteque dicet, Filium in Trinitate creatum ex præ-
existente substantia Dei Patris, sicuti legale tabernaculum ex
præexistentibus oblationibus Hebræorum? confeterque rectè
generationem inenarrabilem Filij Dei ad intra, cum artefa-
cto Iudæorum Tabernaculo materiali? Deum Creatorem om-
453 nium, cum creatura? cum opere manuum hominum? Absit,
absit. Profecto quum tabernaculum illud non solum inanima-
tum quid existerit; quid & arte factorum opus manuum ho-
minum; proindeque rebus quibuscumque à Natura productis
ignobilibus, potissimumque viuentibus; quam vel ab Aristo-
tele

tele lib. de generat. an. cap. i. recipiunt omnes, *Animatum inanimato prestare propter animam* : & Artis opera dignitate concedere operibus Naturæ; quomodo Ferchius audet conferre generationem æternam Filii Dei, cum creatione Tabernaculi? An ipse non legit in Scriptura sacra, diuinam illam generationem esse inenarrabilem? Ita de illa cap. 53. prophetauit

Isaias:

[Generationem eius quis enarrabit?]

Licetus:

Quomodo prophetiam istam soluere non veretur Ferchius, & audet enarrare generationem æterni Verbi per fabricationem tabernaculi? per creationem inanimatorum, & brutorum animantium, cum Arianis aperte blasphemantibus, Filium Dei creatum esse nihilominus, quam eruca, bruchus, & locusta? Nonne videt quomodo talē blasphemiam execratus est oratione sua tertia dicens, vt antea quoque notauimus, to. i. pag. 45 I. D.

S. Athanasius:

[Arbitror iam ipsis impiis hanc suam sententiam pudori esse; aut si eis nondum pudori est, & secundum essentiam tanquam creaturam cum omnino inter creaturas primogenitum appellari velint; animaduertant se illum brutis, & inanimatis germanum, & æqualem facere; nam & illa rerum naturæ partes sunt. Et necessum est eum, qui primogenitus nuncupatur, tempore dumtaxat priorem esse, genere autem, & similitudine congruere cum omnibus. Quum igitur talia dicant, nonne omnium impietatem longe transmittunt? aut quis eos ferat talia loquentes? aut quis eos vel ea tantummodo cogitantes non odio habuerit?]

Licetus:

Licetus:

Sane Ferchius in eodem genere creationis uniuoco ponens Generationem Filii Dei, quam creationem dicit, cum creatione tabernaculi, terrae, mistorum inanimatorum, & brutorum animantium, nedum hominum ratione pollentium; hanc Athanasii censuram sibi meruit.

Catholici sensus insigniorum Sacrae Theologiae Vniuersitatum de ortu Increati Verbi contra Ferchii dogmata, Romae denique Generalis Inquisitionis grauiore decreto damnatur.

Cap. XXXII.

POST antiquos Patres opinioni Ferchii de Filio Dei proprie creato in Trinitate reclamantes, hoc quo satis eam improbauerunt omni exceptione maiores orthodoxi Theologi. Namque primo quum ipse Ferchius opusculum suum *De productione Filii Dei ad Baldum, pro Defensione Vestigationum ab obiectis De Septimo — Quae sitis* eximenda, transmisisset ad aliam Vniuersitatem Theologorum Salmanticensem, petens inde sibi suorum dogmatum confirmationem: Illi piissimi doctissimi que viri, diligenter inspecta doctrina Ferchiana, licet non uisis meis aduersus eam allatis rationibus, approbationis loco rescripserunt improbationem. Quam Ferchius ipse non parum egre ferens denuò pro sua opinione scripsit ad illos Patres Catholicos, nouas adducens rationes ad sui defensionem; qui tamen iterum omnia Ferchii dicta damnauerunt in proposito, manentes in pristina sententia de Increato Filio Dei. Quam Salmanticensem Theologorum piam & catholicam sententiam ad Ferchium transmissam, deberet ille sine tergiversatione pro sui salute de manu amplecti, atque (licet sibi graue) Christi fidelibus omnibus communem facere; neque tam pretiosam

Fidei

Fidei Margaritam querentibus Catholicis occultare, diuinumque talentum (viro Theologo negociandum) intra terreni silentii latebras abscondere; non intrudere proximo, salutari- bus doctrinis inhianti. Proferat itaque Ferchius, quam accepit Orthodoxam Salmanticensium Theologorum Doctrinam, quam ipse sibi rogauit Responſionem de Veritate suorum dogmatum in ortu Verbi Diuini, si suæ doctrinæ confirmationem ab illis viris obtinuit. Sin minus, & loco probationis improba- tionem recepit, vti contigit, det gloriam Deo, & à Doctissi- mis Catholicisque Theologis illis veram pietatem de Ortu Sa- pientiæ increatæ discere ne grauetur, aut erubescat. Nos qui- dem à Theologorum Salmanticensium sensu non recedimus; sed ipsum tanquam verum & catholicam amplectimur, & ex- osculamur.

Interim tamen etiam nobis explorare postea libuit sensa The- ologorum Vniuersitatis Parisiensis in proposito; & ad eos transmisiſimus librum nostrum de *Septimo — Quæſitis*, & opera Ferchij de controuersa inter nos [materia]; siscirantes ab eis quid ipsi de productione Verbi in diuinis ex Fide sentirent. Uti pro sua benignitate, visis & examinatis diligenter vtriul- que nostrum operibus, tandem Catholice Veritati litantes, ad me rescribere dignati sunt, sentire se, æternum Dei Ver- bum non proprie creatum, vel creaturam esse: nec æternam il- lius à Patre productionem dici proprie creationem. Proinde- que programma istud, de creatione Verbi ad intra, quod im- pugnaueram, ipsos etiam improbare. Debereque nos non so- lum de Religionis Christianæ mysteriis recte sentire; sed etiam sensum mentemque nostram sic exprimere, vt verbis, neque catholicis sinus offensionem, neque hæreticorum faueamus er- roribus.

Ceterum denique S. Romana Sedes (quod caput est) inui- gilans extirpandis erroribus in Fidem irrepentibus ex officio re considerata maturè, grauissimum Decretum edidit, prohi- bens haberi, legi, ac edi librum Ferchij primò de his dog- matibus editum contra quem pridem edidimus opus de *Septi- mo — Quæſitis*. sic autem habet Censura Romana:

[Ferchij

[Feria 4. Die 12. Maii 1655.

In Congregatione generali Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis, habita in Conuentu Sanctæ Mariæ super Mineruam corâ Eminentissimis, & Reuerendissimis Dominis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus in Vniuersa Republica Christiana contra hæreticam prauitatem Inquisitoribus Generalibus à Sancta Sede Apostolica Specialiter deputatis.

Prodierunt aliqui libri, qui nisi, vel omninò, vel in parte è medio tollantur, erroribus Christi fideles inficere possunt. Propterea Eminentissimi, & Reuerendissimi D. Cardinales Inquisitores Generales prædicti infra scriptos libros prohibendos esse respectiuè voluerunt, prout præsentis Decreto respectiuè prohibent. Mandantes, vt deinceps nullus cuiuscunque gradus, & conditionis existat, sub poenis in Concilio Tridentino, & in Indice librorum prohibitorum contentis, illos imprimere, vel imprimi curare audeat, aut apud se quomodocumque retinere, aut legere: Et sub iisdem poenis quicumque illos habent, vel habebunt in futurum, locorum Ordinariis, seu Inquisitoribus statim à præsentis Decreti notitia exhibere teneantur.

Libri autem sunt:

Trutina D. Io. Baptistæ Chiauettae Doct. Theol. Panormitani, in qua DD. Iosephi Balli sententia eo libro contenta, cuius titulus est: Enigma dissolutum de modo existendi Christi Domini sub speciebus Panis, & Vini in Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, ad æquissimum examen expenditur. In Ciuitate Mon. Reg. apud Petrum Scaglione M. DC. XLIII. omninò prohibetur.

Defensio Vestigationum Peripateticarum Matthæi Ferchii Veglensis Theologi in Vniuersitate Patauina ab offensionibus Belluti, & Mastrii. Patauii M. DC. XI. VI. donec corrigatur.

Sacra Moralis Doctrina de statu supernaturali Humanæ Nature &c. à Zaccharia Pasqualigo Veronensi Cler. Reg. S. T. P. Venetijs Apud Bertaneos. Anno Iubilæi M. DC. L. donec corrigatur.

Orige-

Origenes defensus, siue Origenis Adamantij Presb. Amato-
ris Iesu Vita, Virtutes, documenta, &c.

Auctore R. P. Petro Halloix Leodiensi, Societatis Iesu Theo-
logo. Leodij 1648. donec corrigatur.

Sonus Buccinæ, siue tres Tractatus, de virtutibus Fidei, &
Theologiæ, de principiis earundem, & de erroribus oppo-
sitis. Auctore Thoma Anglo ex Albijs East Saxonum &c.
Parisijs 1654. omnino prohibetur.

Ioannes Lupus Sancte Romanæ

& Vniuersalis Inquisitionis Not.

Loco ✠ Sigilli

Annò à Natiuitate D. N. Iesu Christi millesimo sexcen-
tesimo quinquagesimo quinto, Indictione octaua, die verò
vigesima, secunda mensis Maij, Pontificatus Sanctiss. & in Chri-
sto Patris, & D. N. D. Alexandri Diuina Prouidentia Papæ
VII. Anno eius Primo, supradictum Decretum affixum, &
publicatum fuit ad Valuas Basilicarum S. Ioannis Laterani,
& S. Petri de Vrbe, nec non ad Valuas Palatii Sac. Inquisi-
tionis; Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ, vt
mbris est, per me Hieronymum Mascellam eiusdem Sanctiss.
D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

ROMÆ, ex Typographia Reuerendæ Camera
Apostolicæ, 1655.

Licetis:

Quod quidem Decretum, vt expressè damnat Ferchii Defen-
sionem, in qua primum professus ille late fuit, *Filium Dei pro-*
prie creatum in Diuinis, & esse primam Dei creaturam, pro gram-
ma nobis impugnatum in opere nostro De Septimo — Questis;
ita non solum implicite, virtualiterque confirmat nostram il-
lam impugnationem, & catholicos sensus Vniuersitatum Sal-
manticensis, & Parisiensis contra Ferchium de proposito, il-

lisque tribuit auctoritatem, sed etiam condemnat Ferchii libellum *De Productione Filii Dei ad Baldum*: & *Observationes super Epistola prima libri de Septimo — Quæsitis*, eandem proprie dictam creationem Ferchianam Filii Dei ad intra tueri satagentes. Contra quos tamen posterius editos à Ferchio libros de eodem argumento spero Decretum aliud etiam gravius editum iri, ubi Sancta Congregationis Proceres illa Ferchiana volumina, damnatam *defensionem* communire conantia, legerint.

Peroratio totius operis.

Cap. XXXIII. & vltimum.

Ista iacula Sanctorum Patrum, & Apostolicæ Sedis, in præsentia nobis vibraſſe ſuffecerit contra Ferchii dogmata de creato proprie Dei Filio in Divinis, ut ad extra condite ſunt omnes creature ſenſibiles, etiam viliffimæ. Ceterum quid interim perorauero pro ſalute fratris? Equidem ut Zelo Lincere Fidei catholicæ, contra dogmata Ferchiana, Chriſti fideles erroribus inſicere valentia, Patres Orthodoxos, ſanctæ Inquiſitionis decretum, eiufcemodi creationem à Sanctiffima Trinitate penitus auerruncantes in aciem eduxi, ſemper iſtas Ferchii poſitiones exoſus odio perfectæ; ſic ego Chriſtianus amans perſonam proximi fraternæ Charitate, Clementiffimum Deum exoratum cupio, qui ſaluat omnes, & neminem vult perire, ut benignè reſpiciat ad animam lumine Veritatis indigam, quo damnatæ iam opinionis errore depoſito, frater ad verum Catholicumque ſermonem reuocatus, tandem reſpiſcat, profiteaturque Veritatem, quæ Dei Filius eſt creator omnium creaturarum cum Patre, & Spiritu Sancto Deus increatus verè ac proprie. Cui laus & gloria ſit in æternum. Deo Trino & Vni Creatori Increato.

F I N I S.

Erratorum Correctio.

Pag. 9. l. 4. cri. lege cre.

Pag. 10. l. 25. 35. 36. lege 36. 37. & ubicunque reperitur

hoc modo legatur.

Pag. 36. lin. 4. proposito. l. de proposito.

Pag. 49. lin. 7. eos. l. nos.

Pag. 74. lin. 33. videre. l. vident, non laudant.

Pag. 86. lin. 12. lib. de Fide cap. l. lib. 2. de Fide cap. 4.

Pag. eadem. denique non est. l. sat. est enim.

Pag. 89. lin. 20. consistit. l. consistens.

Pag. 105. lin. penult. & vlt. 77. l. 76.

Pag. 121. lin. 18. rebus. l. verbis.

Pag. 129. lin. 6. Fili. l. Filij.

Pag. 144. lin. vlt. Solo. l. Sole.

Pag. 177. lin. 2. differenter. l. differentes.

Pag. 191. l. 25. in hoc. l. in hac.

Memento lector quicunque sis, plurima errata amanuen-
sium, & typographorum incuria committi, que auctori tri-
buenda non sunt.

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Handwritten signature or mark.]

Omissa restituenda:

Pag. 112. lin. 32. Sed addit illico *restituendum est;*

S. Cyrillus:

[Nam quæ modo fiunt, vel faciendæ sunt, creari modo dicuntur; quando ergo nondum producta creari dicuntur: necessario ex nihilo ad esse procedere intelliguntur.]

Licetus:

Quomodo clarius dicere potuit Cyrillus, creata esse facta, & ex nihilo producta? Mox adicit

S. Cyrillus:

[Filius ergo Dei factus est homo, & creatus secundum carnem.]

Licetus:

Coecus est, qui non videt hic à Cyrillo poni, Filium Dei eundem esse simul quoad humanitatem & creatum & factum. Sed & infra subingit idem

S. Cyrillus:


[Sic quando de seipsa Dei Sapiencia dicit, Dominus creavit me: hominem me fecit, intelligendum est.]

Licetus:


An non hic Ferchio negat Cyrillus, creare contradistingui ab ipso facere? Nonne dicit aperte contra Ferchium, Oraculum Salomonis, *Dominus creavit me*, intelligi debere de humanitate Christi, non autem de Diuinitate Verbi? Subdit itidem 5. Thef. cap. 5.

S. Cyrillus:

[Commune &c



X⁴, A-Z





Lice
de

Sapien
Increat



67





